dimiſit illis eū q̄ ꝓpt̄ ſeditio/
nē ⁊ homicidiū miſſus fuit ī
carcerē.barrabā ſcꝫ quē pe/
tebāt .iħm vo tradidit volū
tati eoꝝ. cui volūtati exp̄mit
Mat. Mar.et Jo. Iħm āt
flagellatū tradidit ill' vt cru
cifigeret. Quis plꝰ aliq̄d lu
cri deſignauerat in eo q̄ ait
Tradidit volūtati eoꝝ.per/
uerſiſſima eñi pfidoꝝ volū/
tas fuit.vt nedū dñs crucifi

gereť. ſed penaliſſime ⁊ op̄p̄ro
brioſiſſime ac veluti ſceleſtiſ
ſim⁹ ⁊ ad crucē ꝑtraheret ⁊ i
cruce ꝯſummareť. q̄d etiā fa
ctū ſeq̄ntia edocebūt. Hic
iudex ipi⁹ vno timore ⁊ fauo
re vict⁹ q̄ plurimis ꝑſuaſiōi/
bus vincere tēptauit. lotus
vt Leo ait. maibꝫ. ⁊ ore pol/
luto iſdem labijs ihm miſit
ad crucē. q̇bꝫ eū ꝓnunciaue/
rat innocentē. O nephas. o
iudicij temeritatē. o inaudi/
tā a ſc̄lo ſummo bono irro/
gatā blaphemiā. dimitťe la/
tronē. occidere innocētē. ſe/
ditioſū barrabā p̄ferre me/
diatori xp̄o. Et q̇dem i xp̄o
q̇cq̇d fuit. ſummū i gn̄e ſuo
extitit naťa diuia ſimpľr op
tima. q̄ nedū meli⁹. ſꝫ nec eq̄
le cogitari ꝟe poteſt. eminet
vniuerſis. Sꝫ ⁊ hūana q̄n/
tū ad gratuita oibꝫ p̄fertur
angelis. cui data ē ſp̄us nō
ad mēſurā. q̄ntū ad naťalia
cūct; p̄ponit hoibꝫ. q̄m ⁊ de
ꝟgine ſine virili ſeīe ſp̄ū ſſan
cti ꝯceptus ē opatōe. huic p̄
ferre homicidā ⁊ ſeditioſuꝫ
auctorē. hoīeꝫ vtiqꝫ ſcelera/
tiſſimū nedū loco aut hono
re mūdano. ſꝫ q̄ntuꝫ ad vite
mortiſqꝫ iudiciū. q̇s ſatis iu
dicabit iniuriā. Sꝫ nunc o
aīa ꝓ cuius ſalute dn̄s iudi
cio ſiſtiť. iudicať. damnatur.
meditare q̄ntū creuit in cor
de ſaluatoris tui dolor ⁊ tri
ſticia. Ip̄e em̄ eſt cui pr̄ cele
ſtis om̄e iudiciū dedit Joh.
q̇nto. Qui aduocabit celuꝫ
de ſurſuꝫ. ⁊ terrā diſcernere
ꝑpl'm ſuū. in cui⁹ iudicio ce/
loꝝ ꝟtutes mouebūť. Luce
xxj. et celi mag̃ impetu trāſi
entes. elemēta calore ſolueť
vt dicit Petr⁹. ij. Pe. iij. In
fern⁹ reddet mortuos ſuos
⁊ recipiet. vniuerſarūqꝫ con/
tremiſcet creatura. hodie ve
lut viliſſim⁹ deſpiciť. tanq̄ꝫ i
potēs ⁊ infirm⁹ nō timetur.
clamor mortalis ꝑp'li terret
trepidum iudicē q̇ om̄ipotē
tiam nō paueſcit ſiquidem
miſerrim⁹ cognitor. oblitus
iuſticie. eq̇tat;. ſalut; ꝓp̄e. to/
tius honeſtatis. ſꝫ ⁊ innocē/
tie dn̄i. cui totiēs teſtimoniū
ip̄e reddiderat. morte igno
minioſiſſima. latrone publi
co dimiſſo vniuerſitatis iu/
dicem ſententialiter ꝯdem/
nauit. Heu q̄nt⁹ amicoꝝ. di/
ſcipuloꝝ. ⁊ piaꝝ mentiū do/
lor. q̄ntus animū meror op
preſſit. dū ablata om̄i ſpe vi
uēdi. fideliſſimū magiſtruꝫ
dominū ⁊ auxiliatorē audie

ſt iniq̈ſſimo iudicio ꝯdēna
ri. Heu heu q̄nta rabidoꝝ
canū inſana leticia. atꝫ vocū
exultātiū ꝯfuſio. dū facino/
roſiſſimū intentū ſuū. totieſ
a iudice negatū. tādē clamo
rū ſuoꝝ importunitate obti
nuerūt. dū cuiꝰ ſāguinē ſitie/
bāt ſaluatorē ihm tradidit
eoꝝ crudeliſſime voluntati.
Heu q̄ſtū cruciabat agnum
mitiſſimū iā lupis traditū
aīcoꝝ deſperata triſticia. ini
micoꝝ furioſa leticia. Jllos
timor ſupauit. illos crudel'
audacia animauit. Cuiꝰ iu/
dicij nūq̄ꝫ immemores nos
q̄ꝝ pctā in innocēte dānata
ſūt. ꝯpaſſionē xp̄o. pr̄i gr̄as.
totꝫ virib⁹ referamꝰ. q̄ ad no
ſtrā ſalutē oīm. vnigenitum
dn̄m noſtꝝ ꝑ iniq̄ ptātꝫ iudi
ciū. tradidit voluntati eoꝝ.
Et tm̄ de ſcd̄o ꝑncipali.

¶ Sequit' pars ſecūda.

T Imens olim ꝓpha ſctūs
Hiere. nō ſatis
ſe poſſe lamētis
effūdere ꝑ iniſta pctōris ſui
ꝓpli ꝯtritōe ait. Quis dabit
capiti meo aquā, ꝛ ocul' me/
los fōtē lacrimaꝝ. ꝛ plorabo
die ac nocte interfectos filie
ꝓpli mei. eiuſdē. ix. c. Unde ḡ
nos pctōres indurati fontē
hauriemꝰ lacrimaꝝ. vt inter
fectōem innocentꝫ filij om̄i/
potētꝫ pr̄is. ꝑpter nr̄a delic
ta ac mortis ſententia iudi/
cati. ꝛ citiꝰ morituri defleāꝰ.
Sꝫ attētas ꝑbeamꝰ aures.
nō tā corꝑis q̄ꝫ mētꝫ. in pri/
mo eſt vt aperiant' vene fon
tis aquaꝝ viuentium. et ef/
fluat copioſiſſime precioſiſſi
mū illud balſamū cunctoꝝ
penetrans: et liquefaciens
pia corda. Cum itaqꝫ pre/
ſes infelix pontius Pilatus
iniquiſſima ſententia domi
nū Jeſum voluntati eorum
tradidiſſet. quicq̄d afflictio/
nis. doloris. blaſphemie. ir/
riſionis. deſperatiōis. et in/
famie excogitare poterant
homines inhumani. q̄ſi ni/
hil tota nocte et die paſſus
fuiſſet. ſemota om̄i miſcd̄ia
agno mitiſſimo intulerunt.
Teſte nāqꝫ Math. ꝛ Mar.
Tūc milites ꝑſidis ſuſcipiē
tes Jeſum duxerūt intro in
atrium pretorij. ꝛ congrega
uerūt ad eū vniuerſam co/
hortē. Et exuētes. Mar. eū
induūt purpura et clam dē

coccineam circūdederūt ei.⁊
plectētes coronā ꝺ ſpinis ī/
poſuerūt ſuꝑ caput eiꝰ.⁊ arū/
dinē ī dextra eiꝰ.⁊ genuflexo
añ eū illudebāt ei dicentes
Aue rex iudeoꝝ.⁊ expuētes
ī eū acceperūt arūdinē ⁊ ꝑcu/
tiebāt caput eiꝰ. Mar. et cō
ſpuebāt eū.⁊ ponētes genua
adorabāt eū.ſm Ni.ꝺ ly.ſuꝑ
Mat. Que h̄ ſcp̄ta ſunt ꝑ re
memoratōꝫ poſita ſunt. Nā
añ ꝓlatōꝫ ſnīe h̄ facta ꝑ mili
tes atꝫ ꝑ pilatū iuſſa aꝑte te
ſtatᷣ Jo. vt ſuperiꝰ viſū ē. Sꝫ
Johānes de gerſona cācel/
lariꝰ pariſieñ ī ſuo monoteſ/
ſeron ꝓbabiliť opinatᷣ dñm
bis flagellatū.coronatū ſpi/
nis.⁊ illuſū.ſemel añ ſnīe ꝓ/
nūciatōꝫ.quā deſcribit Jo.
Scđo pꝰ ſnīaꝫ latā quā re/
citāt Mat. ⁊ Mar. Cui in/
tētiōi ſuffragari videtᷣ lr̄a et
rō. Nā ꝙ añ ſnīaꝫ flagellatꝰ
ſit ⁊ illuſus clariſſime teſtatᷣ
Jo. vt ex p̄miſſis ptꝫ. Q ꝟo
pꝰ ſnīaꝫ ſilr̄ ſit afflictꝰ.ex h̄ vi
detᷣ maīfeſtū.qꝛ poſtq̄ꝫ dixe/
rat Math.adiudicauit fieri
petitōeꝫ coꝝ.tūc dimiſit illiſ
barrabā.ihm aūt flagellatū
tradidit eis vt crucifigeretᷣ.
ſubdit ꝯtinuo q̄d ſup̄ dictū
eſt. Tūc milites p̄ſidis ſuſci

piētes ihm ⁊c̄. Cū ei dic̄ tūc
tꝑs determīatū q̄ id factū ē.
nō vtiqꝫ ꝓora facta.i.iudica/
tio narrātᷣ. Niſi diceretᷣ ſicut
exponit Ly.ꝙ tūc refertᷣ ad
tꝑs importatū ꝑ ꝑticipiū fla
gellatū.vt ſit ſēſus. Tunc.i.
tꝑe flagellatōis vł īmediate
pꝰ flagellatōeꝫ. Sꝫ h̄ nō im/
portatᷣ ex forma ꝟboꝝ.nam
tūc determīat actū ꝟbi orō/
nis ſecūde.cui additᷣ ꝓ tꝑe ī
portato ꝑ ꝟbū ꝓncipale orō
nis p̄me ⁊ nō tꝑs īportatuꝫ
minꝰ p̄ncipalr̄.a ꝑte alicꝰ ex/
tremi. Sic̄ ſi diceretᷣ Johā
nes ꝑcuſſit Petꝝ a te pridie
viſū.⁊ apphēſus ē a iudice
nō ītelligitᷣ Johes apprehē/
ſus ſtatim.poſtq̄ꝫ a te viſus
eſt Petrꝰ.ſꝫ poſtq̄ꝫ ꝑcuſſit eū
Neqꝫ flagellatū ibi poſitum
neceſſe ē ibi accipi ꝑticipiali
ter ſꝫ noīalitᷣ.ad idē tꝑs ꝟbi
vt ſit ſēſus.tradidit illis ihꝫ
flagellatū.ſcꝫ tūc.i.pꝰ ſnīam.
Rō etiaꝫ fauet huic poſitiōi
Nā ex duabꝰ cauſis flagella
tus ē dñs.vna vt eiꝰ tali īiu/
ria ⁊ correptiōe ſatiati iudei
a morte dñi deſiſterēt. Ideo
ait pilatꝰ. Corripiā illū et di
mittā.⁊ illa neceſſario ꝓceſ/
ſit ſnīaꝫ ꝯdēnatōis. Alia q̄a
romanis legibus ſanccituꝫ

erat vt q̇ crucifigeret̃ prius
ꝓberaret̃.⁊ h̃ ſniam mortꝫ p̃
cedere nõ debuit.nec putan
dũ eſt iſtos inſatiabileſ odij
viros ꝯtẽtos fuiſſe pꝰ mortꝫ
ſniaꝫ in p̓ma flagellatiõe.q̇s
nec mors ipa.nec crucifixio
vt ex ſeq̃ntibꝫ patebit ſatiare
potuit. Sꝫ et milites illi vi/
liſſimi iudeis ꝑ oia placere
parati fuerãt.ſperantes ab
eiſdẽ remuneratõeꝫ ſi feroci
ter agerẽt cũ eo.cuiꝰ omnem
excogitabilẽ penaꝫ auidiſſi/
me ſitiebant. Hic itaqꝫ credi
põt milites p̃ſidis ad ꝓcura
tionẽ iudeoꝝ pꝰ ſniaꝫ ſuſce/
piſſe iam dudũ flagellatum
dñm et iteꝝ nudaſſe.flagel/
laſſe.purpura veſtiſſe.ſpinis
coronaſſe.arundie ꝑcuſſiſſe.
ꝯſpuiſſe.irriſoria adoratiõe
blaſphemaſſe. Que q̃ntũ do
lorẽ tenerrimo ⁊ toto ꝯſciſſo
vulneratoqꝫ intulerãt corꝑi
ihu.aĩa deuota cũ lacrimis
cogitabit. Nã ꝯpaſſiõis ma
teriam vberrimã h̃ inueniet
dum attẽte meditabit̃ antiq̃
vulnera plagꝫ recẽtibꝫ itera/
tis ꝓfunda ampliata veteri/
buſqꝫ ſciſſuris nouas iuxta
poſitas.caput venerandum
iteꝝ nouis ſpinarũ aculeis
vbiqꝫ trãſfixũ.iteꝝ arũdine
ꝑcuſſum.ꝯſputum.blaſphe
matũ.vnde longe dolor ma
ior ꝯſeq̇t̃ q̃ꝫ ex p̓ma vulnera
tione. Nam longe acerbior
eſt leſio qua in loco vulnerũ
quis ledit̃ q̃ꝫ illa q̃ pars ſa/
na vulnerat̃. Sed quia de
his ſup̃ tactum eſt.iõ nunc
reſcindit̃ in cartha vt artiꝰ
ſcribat̃ in noſtra memoria.
Math. Et poſtq̃ꝫ illuſerũt
ei.exuerunt illũ purpura et
clamide.⁊ induerũt illum ve
ſtimẽtis ſuis.vt ſic ad mor/
teꝫ ducendus ab omnibus
noſceret̃ ex ꝓprijs veſtimẽtꝫ.
q̇ iam ex faciei multipliciter
deformate aſpectu noſci nõ
poterat. Non eñ ſm̃ Eſa.liij
vaticiniũ.erat ei ſpecies ne/
qꝫ decor.⁊ quaſi abſconditꝰ
vultus eius.ꝓpter tumores
⁊ vulnera atqꝫ ſputa.nec nõ
iniectas immũdicies.ſãgui
ne ſuo fluente de capite tin/
ctas.vt ſup̃ memoratum eſt
Johan. Suſcipientes autẽ
Jeſum eduxerunt eũ.haud
dubiuꝫ q̇n feſtinãter. Mat
theus.vt crucifigeretur. Et
Jeſus. Joh̃. baiulans ſibi
crucem exiuit in eum qui dr
caluarie locum.a caluarijs
ibi iacẽtibꝫ a malefactoribꝫ
detrũcatꝫ.Ebrice ãt golga/

ta q̄d idez valet. Pulcre dic̄ Jo. Eduxerīt. q̄ ad miſtros ipietat̄ꝫ. Et baiulās ſibi cru cē exiuit. q̄ ad dn̄m ihm. vt i ill' culpa nō deeſſe ſignificet q̄ educēdo maliciā ſuā ꝯple/ uerīt. parati etiā renitentem trahe. ⁊ i dn̄o ſpōtanea volū tas nō coacta demonſtret. qm̄ nō ipioꝝ coactiōe. ſꝫ ſua ſpōte baiulās ſibi crucē exi/ uit. Itaqꝫ oblat⁹ ē. educt⁹ eſt ſꝫ q̄ voluit. ꝓpterea de latro nib⁹ parit cū dn̄o educt̄ꝫ nō d̄r. q̄ exiuerūt. qm̄ inuiti ad ſuppliciū trahebāt. Sꝫ Lu. ait. Ducebant aūt ⁊ alij duo neq̄ꝫ cū eo vt crucifigerētur. Ecce iplete ſūt ſcp̄ture. iple/ te et figure. Scp̄tura vtiqꝫ Eſa. c. ix. loq̄nt̄ꝫ d̄ puero ihu cui⁹ inq̄t iperiū ſup humerū ei⁹. Hinc Aug⁹. Principat⁹ xp̄i ē crux ei⁹. ꝓpt quam ſm apl'm d̄s exaltauit eū. Figu re q̄ꝫ. Nā vt dic̄ Hiero. Hic educit abel a fratre vt pima tur. h adeſt yſaac cū lignis ⁊ abraam cū ariete int vepres herēte. h adeſt Joſeph cū al tera tunica lita ſāguie. h ad/ eſt moyſes cū v̄ga ⁊ ſerpēte ſuſpēſo i ligno. h botrus in ligno portat⁹. ⁊c̄. Sꝫ nūc cō ſiderem⁹ q̄ntū i hac ductiōe

ac cruc̄ꝫ baiulatiōe increuit dolor ⁊ afflictio. qm̄ ei lignū iſtō reputabat ꝓphanū ⁊ im mūdū. mors q̄ꝫ cruc̄ꝫ igno/ minioſiſſima. Hic Deutro. xxj. d̄r Maledict⁹ oīs q̄ pen det in ligno. Null⁹ eoꝝ illud neduꝫ portare. ſꝫ nec tāgere volebat. iō dn̄o tāq̄ꝫ iā dam nato ip̄m impoſuerūt. et vt vehemēti⁹ ſecū educt̄ꝫ peior ac deſpectior videret. De q̄ Orige. Grādis iudeoꝝ ſeui cia. q̄ xp̄o dn̄o pōd⁹ ſue cru/ cis in hūer̄ꝫ poſuerūt. q̄d de nullo interficiēdo vnq̄ꝫ lege bat vt coact⁹ ſit portare ꝓprij ſupplicij ignominiā. ſꝫ nec d̄ latronib⁹ in q̄ꝝ medio tāq̄ꝫ eoꝝ princeps trahebat. Et btūs Anſ. Vide aīa mea in quit q̄uo p oīa vir iſte ⁊ ſter nitur. ſub crucis onere dor/ ſum curuare iubet ⁊ ſuīpſi⁹ portare ignominiam. O q̄ꝫ diſſilis ꝓceſſio illa ab ea qua cū palmaꝝ ramis ante dies quinqꝫ ſuſcept⁹ eſt. Tunc vt rex honorifice ac cum laudi bus eſt ſuſceptus. nūc vt la/ tro iniquiſſim⁹ cum contu/ melia eiectus. In die illa di gnus imperio p̄dicat. hodie morte turpiſſima ꝯdemnat In die illa via q̄ iturus erat

ad ſui gl'az veſtimēt̄ꝭ ꝛ viren
tibꝫ ramis ſternit̄. hodie ad
ↄfuſionis igm̄iniā nudat̄ ꝛ
aridi ligni patibulo onera/
tur. De q̄bꝫ btūs Ber. i ſer.
ð palmaꝝ ramis ita ait. Ut
amarioꝛ eſſet paſſio q̄ꝫ ꝓceſ/
ſio. ꝓceſſit ab eodē ꝑplo. ī eo/
dē loco. ipo tpe. pauciſſimis
diebꝫ īterpoſitꝭ. Primo cum
tanto triūpho ſuſceptꝰ. poſt
crucifixꝰ ē. O q̄ꝫ diſſimile eſt
Bn̄dictꝰ q̄ venit ī noīe dn̄i.
Oſanna ī excelſis. et Tolle
tolle crucifige eū. Oꝫ diſſil'e
rex iſrl'. et Nō hēmꝰ regē niſi
ceſarē. Oꝫ diſſil'es rami virē
tes. ꝛ crux. flores ꝛ ſpine. cui
ꝑus ꝓſternebāt̄ veſtimenta
aliena. ecce ſuis exuit̄. ꝛ mit/
tit̄ ſors ſup ea. Hec ille. Fue
rūt deniqꝫ alie ductōes dn̄i
ad Annam ſcꝫ Cayphā Pi
latū. ꝛ Herodē. ignominio/
ſe pariter ꝛ doloroſe. Colligi
mus em̄ ex ſerie euāgeliſtaꝝ
nouē vicibꝫ agnū māſuetiſſi
mum tāqꝫ latronē hincinde
ductū. Nouiſſime ṽo. i. deci
ma vice ad caluarie locum.
Primo ſtatim poſt captiōeꝫ
ductus eſt ad Annā. Joh.
xviij. Hinc ad Cayphā. ibi/
dem. Tertio ductꝰ eſt mane
ad ↄſilium. Lu. xx. Quarto
de ↄſilio iſto ad Pilatum in
p̄toriū. Math. xxvij. Quin/
to de Pilato ad Herodem.
Lu. xxiij. Sexto de Hero/
de reduxerunt alba veſte il/
luſum ad Pilatum. ibidem
Septimo milites duxerūt
eum intro in atrium Pilati
vbi eum flagellauerūt Joh.
xix. Octauo Pilatus addu
xit eū foras de p̄torio indu/
tum purpura ꝛ portantē co
ronam ſpineā. ibidē. Nono
regreſſum in p̄torium redu
xit foras Pilatꝰ ad locū qui
dr̄ licoſtratos vt accipet ini/
q̄ſſime ſn̄ie iudiciū Joh xix.
Decimo āt de iudicio cruce
oneratꝰ ducit̄ ad morteꝫ. vt
om̄es q̄ttuoꝛ dicūt. In qua
libet illaꝝ ductionū ſpecia/
les penas accepit. q̄s vt fi/
deles rep̄ſentent ſolēt hodie
tot viſitare eccl'as. Sed lō
ge ignominioſioꝛ et triſtioꝛ
fuit. ſ. decima iſta. In his ei
ductꝰ eſt ad iudicia diſcutiē/
dus. hac ṽo trahitur ad pa/
tibulū ſuſpendendus. Priꝰ
ad palatia iudicuꝫ. nunc ṽo
ad fetentem et horridū cal/
uarie locuꝫ. Tunc a ſuis di
ſcipulis derelictus. nunc ve
ro latronibꝫ ſociatus. ꝓprio
crucis patibulo aggrauat̄.

Ecce igminia maieſtati ſū/
me irrogata. Si dolorē qrꝭ
ecce ibat rex ſcłoꝝ. ꝓpiciatoꝛ
mūdi. dꝫ ⁊ hō. puto ligatus
groſſis funibꝫ collo ⁊ maībꝫ
Siq̇dē q̇ ligatū duxerīt in/
demnē qūo ſoluerēt iā dam
natū. maxie cum ligatio ma
nuū. mortꝭ ac dānatōis fuit
indiciū. Ligatꝰ ḡ grauiſſime
ibat ſub ligni pōdere p̄mētꝭ
ḡuitꝰ ⁊ icuruatꝰ O q̄ntꝭ dolo
ribꝫ laborabat innocēſ dn̄s
dū ſctiſſimas ⁊ vulneratas
ſcapulaſ groſſi ligni pōdera
p̄grauabāt. Credenduꝫ pie
omēꝫ ſcapulaꝝ cutē vſqꝫ ad
crude carnis reuelatōeꝫ de/
fricatā fuiſſe. ⁊ p̄oꝝ plagarū
vulnera aut inouata. aut in
vnū vulnꝰ nimia dilacerati/
one redacta. Siq̇dē crucis
lignū longū erat. vt hiſtorie
referūt. xv. pedū atqꝫ groſſū
i q̄ ꝑfecte ſtature vir pulcer/
rimꝰ exaltādꝰ erat. vt omniū
aſpectibꝫ cōfuſus appareret.
ſic ipe ait. Sic moiſes exal/
tauit ſerpētē i deſ̄to. ita exal
tari oportꝫ filiū hoīs Jo. iij.
Et iteꝝ. Ego ſi exaltatꝰ fue/
ro a t̄ra. oīa trahā ad meipꝫ
eiuſdē. xij. Et ita pōderoſuꝫ
ꝓpt̄ q̄d fatigatꝰ dn̄s. tantū ac
tā ḡue lignū portare. ſimplr

portare nō pot̄at. ſꝫ pꝰ ſe tra/
hebat. ꝑte vna ſcapulis alte
ra t̄re incūbēte. vn̄ factuꝫ eſt
ꝓpt̄ lapidū aſperitates et col
loſitatē t̄re ꝑ q̄s tractū ē ſuo
tremoē q̄ꝰ vulnerataſ dn̄i ſca
pulas ꝯtinuo ḡuiꝰ vulnera/
bat ac dolorē auxerat vehe/
mēter. Qđ vtiqꝫ facile is cō
ſiderabit cui in loco vlceris
geſtādū ſuppoit̄ pōdꝰ ḡue.
Nec crux illa ex naturali tm̄
pōdere ḡuabat. ſꝫ ſue ḡuita
ti aliud maius addebat̄ pō/
dus. Nam huic ligno ſuppo
ſita erāt vniuerſoꝝ pctā ho/
minū. ſic ait Petrꝰ. Peccata
nr̄a ipe pertulit in corꝑe ſuo
ſuꝑ lignū. ſ. Pe. ij. Tm̄ ḡ pō
derabat ſ̄m mētē bti Tho/
me in. iij. q. xlvj. ar. vj. q̄ntū ꝓ
oīm pctis delēdis ſ̄m regu
lam diuine iuſticie ſatis fuit
De q̄ etiaꝫ ſuꝑ dictū eſt. a. a.
Sic ꝯtinue creſcētibꝫ dolo
ribꝫ ſeui lictores ꝯtumelijs.
vt in euangelio Nicodemi le
gitur ad mortem dn̄i inno/
centiſſimā feſtinabant Dn̄o
āt ꝓpter noctꝭ p̄cedentꝭ labo
res duriſſimos in ſufferen/
dis plagis et cōtumelijs vſ/
qꝫ in hanc horam. quaſi ſex/
tam diei nimium fatigato. ⁊
ideo lēto paſſu pedetentim.

ſeq̃nti.idē funeſti milites nō
miſeratōis affectu.ſꝫ mortꝭ
auiditate ĩpulſi. Mat. appre
hēderūt q̃ndā hoīeꝫ cyrenē
ſem venientē de villa. nomie
Symonē. Mar. p̄reꝫ alexā
dri ꝛ ruffi diſcipuloꝝ chriſti
ſm Joh. Hūc angariauerūt
vt tolleret crucem eius. Lu.
Et impoſuerūt illi crucem
portare poſt iħm. Dupliciter
h intelligi poteſt. vel vt Ly.
ſentit poſt dicat poſteritatē
tp̄is. ita q̄ prius portauerit
crucē ſuā iħs q̄diu poterat.
poſt impoſita eſt Symoni.
ꝛ ita ſentit Beda ſup Mar.
Vł alio mō vt poſt dicat po
ſteritatē loci vł poſitōis. ita
q̄ xp̄s p̄ceſſerit portādo cru
cem in p̄te anteriore ꝛ Sy/
mon ſubſecutꝰ ſit. portando
eiuſdē crucis p̄tem poſteri/
orē. Et hūc intellectū videt̄
innuere v̄bū Lu. Impoſue
rūt ſibi portare cruceꝫ poſt
iħm. Et h clarius explicat
euāgeliū Nicodemi. vbi d̄r.
Hūc angariauerūt vt tolleret
crucē cū iħu. Nullꝰ itaq̄ꝫ eo/
rū ſm Aug. attēptabat cru/
cem baiulare. q̄r lignū dete/
ſtabile putabat̄. iō occurren
tē Symonē gētilē angaria/
uerūt. cyrene enī ciuitas eſt
libie. vt in actibꝰ ap̄loꝝ legit̄
forte p̄ſelitū factū. In quo ꝛ
dn̄m deſpexerūt q̄ſi indignū.
vt aliq̄s gētꝭ iudee ſibi auxi
liū p̄ſtaret. Luc. Seq̄bat̄ āt
eū turba multa p̄p̄li et mulie
rū q̄ plangebant ꝛ lamenta
bant̄ eum. Multa turba do
minū ſequebat̄ diuerſa mē
te ꝛ affectu. carnificū ſcꝫ que
eum p̄mebat. iudeoꝝ que ei
īuidebat. amicoꝝ. que anxie
lugebat. eorūq̄ꝫ q̄ ad viden/
dū ſpectaculū veniebāt. De
q̄ Beda ſup Lucā. Multa
inquit turba crucē dn̄i ſꝫ nō
vna eademq̄ꝫ mente ſeq̄bat̄.
Nam p̄lus q̄dem. vt cuius
mortē impetrauerat. moriē/
tem letus aſpiceret. Mulie
res vero. vt quē viuere deſi/
derabant. moriturum. mo/
rientem. et mortuū plorarēt
Non aūt ideo ſolus mulieꝝ
planctꝰ que eum ſequebant̄
inducit̄. q̄m numerꝰ innume
ratus etiā credentiū viroꝝ
cetus de eius erat paſſione
meſtiſſimus. ſed q̄r feminęꝰ
quaſi ꝯtemptibilior ſexus li
berius poterat preſentibꝰ ſa
cerdotum p̄ncipibꝰ et magi
ſtratibꝰ: quid ꝯ eos ſenſerit
oſtentare. Hec Beda. Nec
mirū ſi ad grāde ſpectaculū

mult⁹ ꝑl'us ꝯcurrerat. Sic
btūs Aug⁹. ſup Iohā. oml.
cxvij. ait dicēs. Ibat ad lo/
cū vbi erat crucifigēd⁹ ihūs
portās crucē ſuā. Grāde ſpe
ctaculū. ſꝫ ſi ſpectat īpietas
grande ludibrium. ſi pietas
grāde miſteriū. ſi ſpectat im
pietas grāde ignominie do
cumentū. ſi pietas grande fi
dei munimētū. ſi ſpectat im/
pietas ridet regē ꝓ virga re/
gni lignū ſibi portare ſuppli
cij. ſi pietas videt regē baiu/
lantē lignū ad ſemetipm̄ fi/
gendū q̄d fixur⁹ erat etiā in
frōtibꝫ regū. ī eo ſpnēd⁹ ocu/
lis ipioꝝ ī q̄ erāt gloriatura
corda ſctōꝝ. Dicturo enim
Paulo. Mihi abſit gloria/
ri niſi ī cruce dn̄i nr̄i ihū xp̄i
ipſam crucē ſuā ſuo geſtans
hūero cōmēdabat. ⁊ lucerne
arſure q̄ ſub modio ponen/
da nō erat candelabꝝ p̄ferre
bat. Hec Aug⁹. Verꝫ q̄ꝛ no
uit dn̄s q̄ ſūt ei⁹. p̄termiſſa
iā furētꝫ ꝑl'i turba. ad amā/
tes plāgenteſqꝫ ſe feīas ocu/
los ⁊ ora ꝯuertit. teſte Luc.
Conuerſus ad illas ihs̄ di/
xit. Filie hierl'm. nolite flere
ſup me. ſꝫ ſup voſipſas flete.
⁊ ſup filios vr̄os. Beat⁹ Leo
ſer. q̄ incipit Cū multꝫ. So
let inq̄t ſex⁹ infirmior etiā ꝓ
his q̄ morte ſunt digni ī la/
crimas cōmoueri. ⁊ dānato
rū exit⁹ ꝓ nate cōmunionis
ꝯſideratōe miſeri. Sꝫ iſtū
ſibi planctū dn̄s ihs̄ dedig/
nat impēdi. q̄ꝛ nō decet luc/
tus triumphū. nec lamenta
victoriā. ideo nō inq̄t dole/
re ī me filie hierl'm debeatꝫ.
ſꝫ ꝓ vobis plāgite. et ꝓ filijs
vr̄is lugendū ē. nō de ſalua/
tiōe credentiū. ſꝫ de impieta
te ꝑeuntiū. Ego crucem vo/
lēs patior. ⁊ mortē ī me quā
ſū ꝑemptur⁹ admitto. nolite
flere ꝓ mūdi redēptiōe mo/
rientē. quē in maieſtate p̄ris
videbitꝫ vindicantē. Hec il/
le. Et Beda ſup Lucā. Non
me inq̄t moriturū lamenta/
mini. cuius cita reſurrectio
mortē ſoluere poteſt. cuius
mors ⁊ omnē mortē ⁊ ipſius
mortꝫ deſtructura eſt aucto
rem. Sed voſipſas potius
veſtramqꝫ ꝓgeniem flete. et
ne mee ꝓ crucis vltione cum
perfidis temporali eternaqꝫ
morte damnemini. dignis
lacrimaꝝ fontibus abluite.
Et vnde gratius dulcius ⁊
vberius flere debeant magi
ſter ſedulus et blandus cō/
ſolator irrigat. Luc. Quia

ecce venient dies ĩn q̄bꝫ di/
cent. Beate ſteriles ⁊ vētres
que nō genuerunt .et vbera
que nō lactauerūt. Tunc in
cipient dicere montibus .ca
dite ſuꝑ nos .et collibꝫ ope/
rite nos. Beda. Dies ventu
re obſidionis et captiuitatꝫ
a romanis ſignificat .in qui
bus vt Joſephus refert .in/
ſiſtentibꝫ ſibi romanis iude
os cauernas certatim mon
tium colliumqꝫ petiſſe ſpelū
cas . ita vt ſeipſum teſtetur.
munitioꝛe deſtructe vꝛbis
loco latentem ſpelūca cum
quadraginta comitibꝫ. pꝛo/
ditum. inuentū . atqꝫ ab ho/
ſtibus captū. Lucas. Quia
ſi in viridi ligno hec faciunt
in arido quid fiet. Viride li
gnum ſeipſum . ſuoſqꝫ elec/
tos. aridum vero impios et
pctōꝛes ſignificat. Si ego
ip̄e inquit qui peccatū non
feci. qui lignum vite merito
appellatus. fructus gr̄e duo
denos per ſingulos menſes
affero. ſine igne paſſionis a
mundo non exeo. Quid pu
tas eis manere toꝛmēti. qui
fructibus vacui inſuꝑ ip̄m
vite lignum flammis dare
non timent. Si nunc ē tem
pus vt incipiat iudiciū a do

mo dei. Et omnes qui vo/
lunt pie viuere in chꝛiſto ꝑ/
ſecutionem patiuntur. quis
finis eoꝛū qui non credunt
euangelio dei. Hec Beda.
Sed furentes turbe miſe/
rabiliter dominū cruce one
ratum in latronum medio
trahentes. non ſine blaſphe
miīs. clamoꝛibus. armoꝛuꝫ
colliſionibus multimodis
iniuriaꝝ ſacrilegiīs. Mat/
theus. venerunt in locū cal/
uarie et dederunt ei vinum
mirratuꝫ bibere. Marcus.
cum felle mixtum . Et cum
guſtaſſet noluit bibere Bis
dederunt dulciſſimo domi
no potum amaritudinis .
Hic tanqꝫ fatigato ex itine/
re et laboꝛe . et ſecūdo . pen/
denti in cruce. et clamanti ſi
tio. de quo infuſus guſtauit
nō aūt bibit. idē dicit Mar
cus. et nō accepit. ſ. traicien/
do . Dominus loquitur ad
hieruſalem Hiere. ij. Ego te
plantaui vineā electā Quo/
modo ergo facta es mihi in
amaritudinem vitis aliene.
Amara vitis amaꝝ vinū fe/
cit. q̄d ꝓpinauit dn̄o. Fuit āt
vinū hoc amaricatum mir/
ra et felle. ideo dicit Math.
felle mixtū . Marcus vero

vinū mirratū. vł vtrūq3 po/
nit̃ ꝑ amaritudine. fel ſcʒ et
mirra vndecunq3 etiā factū
ſit amariſſimū. Lu. ibi cru/
cifixerẽt euʒ. Breuiſſime dñi
crucifixionē mō tacite euan/
geliſte parit̃ deſcribūt. tanq3
fidei plātatores teſtimoniū
ꝯtēti ſūt reddere ꝟitati. vt ḡ
tactū. a. b. Sʒ nos credētes
deuotiſſimo corde ⁊ lacriaꝝ
fōte exuberātes ītelligā⁹ qn
tas ꝑ nob̄ gaudiū angelorū
⁊ gl'a paterne ſubſtātie cōfu
ſiōes ⁊ penas in cruc̄ patit̃
affixiōe. Primū ḡ veſtib⁹ ſu/
is ſpoliat̃ ⁊ penit⁹ nudat̃. ita
vt nec nat̃e ſecreta celarētur
Neq3 eñ īpudētiſſimi cōce/
pti executores odij aliquam
ſacri corpis ptē velari ꝑmi/
ſiſſent. queʒ ꝯfuſibilit̃ velut
nouiſſimū viroꝝ oīb⁹ dehō
neſtare atq3 affligere auidiſ/
ſime ſatagebāt. Hinc Amb̄.
ſup Lu. ait. Vict⁹ ē adā q̄ ve
ſtimēta q̄ſiuit. vicit ille q̄ ve/
ſtimēta depoſuit. ⁊ tal' aſcen
dit quales nos auctore deo
nat̃a formauit. q̄liſ ī ꝑadiſo
hō ꝑm⁹ habitauerat. talis in
ꝑadiſū hō ſecund⁹ intrauit.
Hec Amb̄. Expoliauerūt āt
eū q̄ cūcta veſtit. q̄ decorē in
duit. ⁊ amict⁹ ē lumine ſic ve
ſtimēto. ī augmētū altiſſime
pauꝑtat̄. imēſi dolorꝭ ⁊ hor/
rēde ꝯfuſiōis. Quis ei dñs
ap'lo teſte. ij. Coꝛ. viij. cum
diues eſſʒ ꝓpt̄ nos pauꝑ fa/
ctus eſt. deſcēdēſq3 ab īenar
rabilib⁹ celi diuitijs veniēs
in mundū iſtas q̄leſcūq3 di
uitias hr̄e noluit. tñ matris
ꝟgīs ꝑ quā venit ac nutricij
Joſeph ꝓuiſiōes ⁊ miſteria
nō ſpreuit. nā ab eis paſt⁹ ē.
pānis amict⁹ ē. Quis etiā fi
lius hoīs nō hr̄et vbi caput
recliaret. ſʒ vſum p̄ſepiſ ī q̄d
decliauit eū mr̄. atq3 hoſpi/
tiū marie ⁊ marthe. ⁊ cenacu
lū grande nō reſpuit. hodie
aūt altiſſima pauꝑtate puni
tus. nō ꝑmittit̃ miſtrare mr̄.
ſʒ nec accedere. Pro cibo et
potu ſitiēti fel ⁊ mirra offert̃
oē etiā capitꝭ īclinatoriū tol
lit̃. ab oī tugurio. domo et ci
uitate eijcit̃. ſub diuo crucifi
git̃. nō pānis cuiuſcūq3 tegi
tur ſʒ veſtib⁹ ſuis ſpoliat⁹ nu
dat̃. Uere extrema ꝯficit̃ in
edia. cui nō ſolū reꝝ ꝓprietaſ
ademit̃. ſed om̄is etiā neceſ
ſarius rei vſus negat̃. Nūq3
talē pauperem legimus nec
Lazarum iſtum vlceroſum
cui ⁊ ſi defuerunt hūana ob
ſequia. ſed canes lingebant

eiꝰ vulnera. et ſi nõ dabãtur
aliẽa. nõ tñ ſua auferebanť
pãnoſa veſtimẽta. q̃ niſi pẽa/
lis ⁊ mľtũ penaľ dño fuiſſet
neq̃ꝗ dixiſſ; ꝑ ꝓphã; Recor
dare paupertatꝭ mee ⁊ trãſ/
greſſiõis. Sꝫ q̃ꝗtũ fuerat hꝭ
ſpoliatio doloroſa ⁊ ꝯtriſta/
tiua q̃s ſatꝭ poterit ꝯphẽde
re. dolorẽ ſiq̃dẽ intẽtiſſimũ
corpi. ⁊ triſticiã ĩtulit menti
Nã dũ veſtẽ carni ſctiſſime
ꝓximã. ⁊ vulneribꝫ flagello/
rũ iã ĩpactã ⁊ totã inherẽtẽ.
violẽť ⁊ feſtine tãq̃ꝫ ad mor/
tẽ dñi ꝓperãtes abrũperent.
oĩa vulnera innouarẽt. cum
ſanguĩe ſaniẽ fuderẽt. multo
crudeliꝰ. mľtoq̃ꝫ doloroſius
q̃ꝫ primis flagellorꝝ ictibꝫ af
flixerẽt. Quã penã ꝺ ꝯ̃guioribꝫ
xp̃i afflictiõibꝫ fuiſſe plerīq̃ꝫ
aſſeuerãt. q̃m experiẽtia teſte.
ſi lana modica aut pãniculꝰ
ĩ recẽti vulnere miſſa vulne/
ri coagulať. in eiꝰ violẽta ex/
tractõe lõge maior pẽa ĩmo
vix tolerabiľ ſentiť q̃ꝫ ĩ eiꝰ ꝓ/
ma afflictiõe. etiã ĩ nr̃a groſ/
ſa carne. Doloroſum q̃ꝫ ni/
mis fuit tenerrimo corpori
ſic denuo vulnerato. denuo
rubricato. et velut excoriato
frigoribꝫ vẽtꝭ ſoli nudum ex
ponere. ⁊ ita ab aeris q̃litati

bus immutari. q̃d vtiq̃ꝫ leſi
uum eẽt corpi ſano denuda
to. Cõtriſtabat q̃ꝫ intꝰ dilec
tiſſimũ dñm hꝭ ſui corpis de
nudatio corã oĩbꝫ amicis ⁊
inimicꝭ. ꝑ quã oĩs corporis
plage et deformitates pate/
bãt. vñ gaudebãt inimici fe
rali odio ſatiſfactũ. Sꝫ tri/
ſtabãť pľimũ amici. ſpecio/
ſũ. gľioſũq̃ꝫ corpꝰ tã innũerꝭ
vulneribꝫ crudeliſſime lace/
ratũ. Sꝫ mite cor dñi vtrũ
q̃ꝫ ꝯtriſtabat. ⁊ inimicorꝝ de
teſtabiľ exultatio. ⁊ aĩcorꝝ cõ
patiẽs ꝯtriſtatio Fuit deni
q̃ꝫ hꝭ denudatio horribiľ cõ/
fuſiõis. q̃m nõ niſi hoĩeſ tur
piſſimi ⁊ ſceleratiſſimi nudi
ſuſpẽdebanť. tectꝭ fortaſſis
tñ verẽdis. Sꝫ inocẽs dñs
totiꝰ honeſtatꝭ rex ⁊ amator
plꝰ cũctꝭ ſceleratꝭ ꝯfũdiť. cũ
in ꝓſpectu oĩm exaltãdꝰ pe/
nitꝰ denudať. vñ verecũdia
pluſq̃ꝫ dici pt̃ aĩa; ꝟgincam
cruciabat. Hic in p̃s. lxviij.
ait. Propť te ſuſtinui oppro
briũ ⁊ opuit ꝯfuſio faciẽ me
am. Et ſi cũ nudabať añ fla
gellatõ; nõ modice afflictꝰ ẽ
q̃nto magis nunc. q̃m mul/
tum intereſt inter illã ſpolia
tionẽ ⁊ priorem. Nã ibi exu
tus eſt et nudatus ĩ pretorio

corã pilato et ſuis miſtris. ħ
ꝑo corã oi ppl'o. Jbi nudat⁹
eſt flagellãd⁹. ħ crucifigẽd⁹.
iõ ibi exuit reinduẽd⁹. ħ ꝑo
nudat veſtib⁹ ſpoliãd⁹. nam
vt infra dicet lictores veſtes
dñicas inter ſe diuidebant.
Sed qm̃ veſtes exuere nõ
poterãt trahẽdo ꝑ caput ni/
ſi coronã ſpineã deponerẽt.
videt ꝓbabile ꝙ totiẽs coro
nã ipſaȝ hãc capiti impſſam
extrahentes depoſuerint ꝛ
iteꝝ coronauerint. quotiẽs
dñm poſt coronatõem veſti
bus ſpoliarũt. q̃d ad minus
ter factũ ex p̃miſſis ꝯſtat. ſcȝ
poſt ſniãȝ datã añ ſecundaȝ
flagellatõeȝ. Jtẽ añ eductio
nẽ ad locũ caluarie. vbi exu
erũt eũ purpura et reindue/
rũt eũ veſtimẽtꝭ ſuis. Et ter
tio ħ ꝓuſq̃ȝ cruci affigerent.
Sed meditet ħ aĩa deuota
q̃nto dolore ſpine veneran/
dũ caput trãſfigẽtes totiẽs
extracte vl' ꝓora vulnera in/
nouarũt. aut noua ꝓoribus
addidert. Scim⁹ em̃ ꝙ ma/
gis doloroſũ eſt pati extrac
tionẽ teli q̃ȝ ꝓmã vulnerꝭ in/
flictõeȝ. Veꝝ mitiſſime ieſu
caput tuũ plenũ eſt rore. ſed
ſãguineo. ꝛ cincinni tui gut/
tis noctiũ. afflictõib⁹. ſ. nr̃oꝝ
pctõꝝ. vt dr Canti. v. ca. Au
dato itaq̧ doloroſiſſime vni
uerſitatꝭ dño in maioris tri
ſticie augmentũ. in eius ocu
lis crux aptat. ara in q̃ imo/
lãdus agnus Jeſus erat ꝓ
vniuerſo mundo preparat.
q̃ vt Nico. de ly. ſuꝑ pſal. xxi.
ait Prius ꝑforabat accepta
corꝑis mẽſura. nõ ſine bra/
chioꝝ violenta diſtenſione.
vnde poterat dicere. q̃d ho/
die canit eccl'a Popule me⁹
q̃d feci tibi. aut in q̃ ꝯtriſta/
ui te. quia eduxi te de terra
egipti. traduxi ꝑ deſertuȝ q̃/
draginta ãnis. ꝛ mãna ciba/
ui te. ꝛ induxi in terraȝ ſatis
optimaȝ. Quid vltra facere
debui tibi ꝛ nõ feci. Ego q̃p
pe plãtaui te vineã meã ſpe/
cioſiſſimam. ꝛ tu facta es ni/
mis amara. Aceto nãq̧ mix
to cũ felle ſitim meã potaſti.
atq̧ ſaluatori tuo crucẽ pa/
raſti. Parata ac ꝑforata cru
ce vt videt ſentire Hiero. et
in q̃dã orõne Jnnocentius
papa. Ter nudatus domi/
nus impetuoſe dorſotenus
ꝓijcit. ac man⁹ ꝓma que ſini/
ſtra fuiſſe videt ſm Hiero.
ꝑ mediũ neruoꝝ groſſo cla/
uo ferreo crebris malleorũ
ictib⁹ ꝑforata. cruci crudeli/

ter affigit impulſo clauo vſ/
q; ad caput crucis ligno vt
man⁹ ſacratiſſima ictib⁹ di/
latata violētia claui et ictuū
ſm aliquā ꝑtē forami cruciſ
ē nifixa. Scḋa ꝓo man⁹ cū i
figēda foramini ꝑus in cru
ce forato. cruci applicaret. at
tingere nō potuit. ꝛ ꝓpt ner/
uoꝝ ꝯtractōꝫ ꝛ foraminum
improportionataꝫ diſtanti/
am alligata funib⁹ violētiſſi
me eſt extenſa. non puto ſine
magno corꝑis cōpagumq;
fragore donec foramē attin
geret. ꝛ ſic ꝑma crudeliter ꝑ
forata cruci clauo ſimiliter
ferreo infigeret. puto ꝙ ne/
ceſſariū fuerit et ꝑmā manū
funib⁹ ad oppoſitaꝫ poſitio/
nis differentiā trahēdo te/
nere. ne violentie tractōis ſe
cunde man⁹ cedens diſciſſo
vulnere ac clauo ſolueretur
Sic maib⁹ illis q̄ celū crea/
uert. terrāq; pugillo ꝯtinēt
maib⁹ vtiq; oīpotētib⁹ clauа
tis. ſiṁi crudelitate pedes q̄/
rū ſcabellū eſt terra p⁹ cru/
delem tractōeꝫ in locis ſenſi/
biliorib⁹ ꝑforati cruci dolo/
roſiſſime affigunt. veꝝ vtrū
vno an duob⁹ clauis. certuꝫ
nō eſt. vult btūs Anſelm⁹ ꝙ
vno tm̄ clauo, ſiq̄dem credē

dum eſt ꝙ in oīb⁹ penis in/
ſatiabilis odij rabies q̄cq̄d
penali⁹ excogitare poterat.
egit. ſꝫ penali⁹ fore dinoſcit.
duos pedes cancellatos cō
figi clauo vno. ꝛ ꝓpter maio
rem ꝑcuſſionis violentiam.
et ꝓpter ſuperioris pedis la/
tiorem vulneratōem. ꝛ ꝓpter
vtriuſq; duriorem ꝯfractio
nem. quoniā ſic cancellatos
pedes appodiamento nullo
ſuppoſito vſq; ad plantaruꝫ
rectificationeꝫ crucis ſtipiti
conclauarunt. Putandum
quoq; dominum pudicicie
auctorem cum dorſotenus
cruci ſupiect⁹ eſſet nature ſe/
creta celando pedes cancel
laſſe. carnifices quoq; ſic cā/
cellatos confodiſſe. Hac er
go inhūana ꝯfixione actū ē.
vt corpus domini ita atro/
citer tenderet vt omēs ner/
ui iuncture ꝛ oſſa numerari
poſſent. ſicq; impletum hoc
pſal. xxi. Foderunt manus
meas et pedes meos. dinu/
merauerunt oīa oſſa mea
id eſt. dinumerabilia fecerūt.
Ubi ſm Auguſtinuꝫ ad lit/
teram deſcribitur extenſio
corꝑis xp̄i. Hec autem rigi/
da tēſio tenerrimi ꝛ vulnera
ti corꝑis doloroſiſſima fuit

q̄ nedū ad vulnerꝝ flagellꝫ in
flictorꝝ recētia ptīget. ſꝫ etiā
ad neruorꝝ nimiā pductōez.
diuiſioneq̄ꝫ ꝯpagū ꝛ medul
larꝝ. vñ legit̃. Cū q̇dā reuela
tiōe q̄dā int̃rogaſſet a dño.
q̇d ī oibꝫ q̄ p nob̄ paſſus eſt
magis doluiſſꝫ. Rñdit. qꝛ in
cruce extēſus fui. ita qꝛ oīa
mēbra mea nūerari poterāt
ꝛ q̇cunq̄ꝫ p illo dolore mihi
grās egerit. ita g̃tū obſeq̇uꝫ
mihi p̄ſtabit ac ſi oīa vulne/
ra vnguēto ſuauiſſimo deli
niret. Hic ꝯpatiēs canit ec/
cleſia. Et rigor lenteſcat ille
quē dedit natiuitaſ vt ſupni
mēbra regꝭ miti tendas ſti/
pite. Ecce tēſa ē cythara da/
uid in q̄ nedū dauid. ſꝫ oēs
pphe dulciter cecinere. ſic ait
Pe. Actuū. iij. De⁹ q̇ pnūcia
uit p os oīm pphaꝝ pati xp̄ꝫ
ſuū. ſic ipleuit. Sꝫ ꝛ ver⁹ da
uid nr̃ manu fortꝭ. ipe q̇ di/
re tenſus ē nō tacuit. ſꝫ dul/
ces et ſaluberrimos reddi/
dit ſanos ſpm̄ malū fugātes
ꝛ recreātes oēs deſpata īfir
mitate laborātes. Ecce īma
culat⁹ agn⁹ in nll̃o oblatrās
nec os ſuū aperiēs ad occi/
ſionē duct⁹. in crucꝭ ara īmo
landus duriſſime alligat̃. li/
gatum olim ꝛ hodie legim⁹

ſꝫ duriora ſunt h̄ vincl̃a. Li
gat⁹ ē pmo cū obediētia pa/
tris exinaniret ſemetipſum
formā ſerui accipiens ſacco
carnis nr̃e hodie cōſciſſo ſe
circūcingēs ac deitatē occu/
lens. Ligat⁹ eſt ſcđo ꝟginali
vtero. De q̄ Gre. Quia quē
celi cape nō poterāt tuo gre
mio ꝯtuliſti. Ligat̃ tertio fa
ſcia in p̄ſepio. de q̄ hodie ca
nit̃. Vagit īfans int̃ arta cō
dit⁹ p̄ſepia mēbra pānis in
uoluta ꝟgo mr̃ alligat. ꝛ pe/
des man⁹q̄ꝫ crura ſtricta cī/
git faſcia. Ligat̃ q̄rto funibꝫ
dū capet̃ in orto. vbi vt Jo.
ait. tenuerūt eum ꝛ ligauert̃
euꝫ ꝛ adduxert̃ eū ad Annā
pmū. ſicq̄ꝫ ligatū duxerūt ad
Cayphā. atq̄ꝫ de h̄ ad Pila/
tū. Ligat̃ q̇nto ad ſtatuā fla
gellādus. lꝫ ip̄a flagella que
corp⁹ ei⁹ cingēdo circuibant
nō incōgrue poſſint vincl̃a
appellari. Ligat̃ ſexto ſpinea
corona caput bñdictum cir
cūplectēs. et ſpinaꝝ aculeis
elicito ſanguine ꝯtrahente.
Immitia fuere hec vincula
neq̄ꝫ ei qui ſolus liber eſt de
bita. ſed horribiliora fue/
runt iſta ferrea quibus nūc
multo fortius multoq̄ꝫ fero
cius crucꝭ patibulo ē affix⁹

que nō ſolū manuū pedūq̄
ꝯpagē diuiſere .ſed etiaȝ pu
riſſimā illā aīaȝ ab hoſpitio
ſui corꝑis mūdiſſimo ſepa/
rēt. Dixerat olim Alexāder
regulꝰ hꝰ t̄re cū ꝑcuſſus ha/
mata ſagitta petet̄ vt ſe liga
ri ꝑmittet̄ donec excideret̄.
qꝛ leuiſſimo motu mortem
poſſet icurrere. nō decet in/
q̄t vinciri regē cuȝ libera ſit
regis ⁊ ſꝑ ſalua ptās. O rex
regū et d̄s deoꝝ dulciſſime
ihu q̄ꝫtuȝ libtati ac potentie
tue hodie derogatuȝ ē. cū ꝑ
tot nexꝰ ⁊ dura vincl'a ligarꝫ
q̄ ſolꝰ liber es. ſolꝰ ligādi atȝ
ſoluēdi hēs ptātēȝ. ſȝ ꝑpt̄ mi
ſericordiā tuā ligarꝫ. vt nos
a miſerijs nr̄is faceres ab/
ſolutos. Honor ⁊ gl'a ſit vin
culis tuis optīe dn̄e ihu. q̄
nr̄a tā potēter vincula diru
perūt. Crucifixiōe itaq̄ f̄cā
in cruce iacēti in t̄ra crux il/
la erigit̄ ac dn̄s ab oīb⁹ vidē
dus i cruce nō ſine clamore
ml'to ac deriſione afflicto et
ſuꝑaddēte afflictiōeȝ eleuat̄
atq̄ i rupē ꝓ pede crucꝫ reci
piēdo cauatā tam imite cuȝ
impetu deponit̄ vt oīa viſce
ra expāſi in cruce dn̄i treme
rēt. manuū pedūq̄ vulnera
clauoꝝ groſſitudīe ꝑius ob/
ſtructa laxata ſint ⁊ amplia/
ta. cooꝑante corꝑis perfecti
pōdere. vn̄ erupit fōs ꝑadi/
ſi. fons ſāguis xp̄i d̄ loco vo
luptatꝫ. corꝑe. ſ. dn̄i ꝑ q̄ttuor
ꝑtes diuiſus. manuūȝ. ſ. pe/
dumq̄ foſſuras ⁊ copioſiſſi
me affluēs irrigauit vniuer
ſā terrā. pctā oīm abluendo
Hinc canit̄ in hymno. Cla/
uis mite corpꝰ ꝑforat̄ ſāguiſ
vnda ꝓfluit. t̄ra. pōtꝰ. aſtra.
mūdꝰ q̄ lauāt̄ flumīe. Et hāc
forte crucifixionē dn̄i in cru
ce humi ꝓſtrata atq̄ exalta/
tionē repn̄tat hodie eccl'ia i
eo q̄ crux deoſculāda ꝑmo
iacet appodiata i t̄ra. deinde
leuat̄ atȝ ꝑplo oñdit̄ ſm mo
rē q̄rūdā eccl'iaꝝ. De ſitu āt
corꝑis i cruce ⁊ q̄d ſacratiſſi
mi corꝑis poſitio regal' in ſe
tipi ꝯtineat. Seduliꝰ in pa/
ſcali carmīe pulcre v̄ſib⁹ di/
xit. Ne ve q̄s ignoret ſpeciē
crucꝫ eſſe colēdā. Que dn̄m
portauit. ouās rōne potenti
Quattuor i plagas q̄drati
colligit orbis. Splēdidus
auctorꝫ de v̄tice fulget eous
Occiduo ſacro labūt̄ ſidere
plantectū dextra tenet. me/
diū leua erigit axem. Cūcta
q̄ de mēbris viuit nat̄a cre/
antis. Et cruce complexum

xp̃s regit vndiq̃ꝫ mũdũ. Ex
q̇bꝫ clare xp̃m capitis faciē
ad orientē ꝟtiſſe. plãtas pe/
dis ꝛ dorſum ad occidētem
dextrã ad meridiē. ſiniſtraꝫ
ꝟo ad ſeptētriõeꝫ. q̃ ſitu etiã
nr̃os mortuos in ſepulcris
collocã⁹. ſpantes qꝛ ꝯfigura
bunt̃ ꝛ ī gñali r̃ſurrecõe ꝑ ꝟ/
tutē cruc̃ꝫ. cui ſitualit̃ ꝯfigu
rant̃ in ſepulcr̃ꝫ. Nõ ãt dñm
ſolũ crucifixer̃t. ſꝫ Lu. et la/
trones. vnũ a dextr̃ꝫ ꝛ aliuꝫ
a ſiniſtr̃ꝫ. Jo. hinc ꝛ hĩc. me/
diũ ãt ihm. Mar. Et ipleta
ē ſcꝑtura q̃ dic̃. Et cũ iniq̇s
deputat⁹ ē. Aſſociãt̃ hicinde
latrones innocētiſſimo dño
vt mors ei⁹ ſic infamaret̃ et
ex oĩm ꝑte turpiſſima appa/
reret. Impleuerũt eĩm q̊d d̄
eis ſcꝑtũ eſt Sap. ij. Mor/
te turpiſſima ꝯdẽnem⁹ eum
Fuit eĩm mors turpiſſima ꝛ
ꝓpter turpitudinē loci. qꝛ fo/
ris portã in loco dãnatoꝝ ĩ/
ter cadauera ꝛ oſſa īterfecto
rũ. ꝛ ꝓpt̃ corꝑis nuditatē oĩ/
bus ꝯtuēdã. ꝛ ꝓpt̃ tꝑis feſti/
uitatē. fuit eĩm paraſceue pa
ſce in q̃ nõ niſi ſceleratiſſimi
q̊ꝝ mors dilatõeꝫ nõ patie/
bat̃ dãnari ſolēt et ꝓpt̃ gen⁹
mort̃ꝫ. qꝛ crucifixio nõ ſolũ
doloroſiſſima. ſꝫ ꝛ d̄ſpectiſſi
ma fuit. vt ſ̄ dictũ ē. ꝛ ꝓpt̃ ſo
cietat̃ꝫ vilitatē. latronũ. ſ. in
q̊ꝝ medio eſt ſuſpēſus. vt ſic
coꝝ ꝑnceps ab aduenis pu
taret̃. Hic ait Cryſ̃. oml̃. xij.
Parit̃ crucifigũt latrões nõ
tãq̃ꝫ īimici latronũ. ꝑticipes
eĩm erãt ſceleris coꝝ. nã Pi
lato dicēte. quē vult̃ꝫ vob̃ di
mitti ꝛc̃. Latrões latronē pe
tierũt. dñm ãt crucifixer̃t. iõ
ãt cũ dño latrones crucifi/
gũt vt paſſionē macularent
et infamarēt dñm q̄ nõ ſine
cã crucifix⁹ ſit. Hec Chryſ̃.
Ecce dilectiſſimi maledic/
tos et ſeuiſſimos canes q̇bꝫ
nihil ſat̃ꝫ eſſe potat ī filij dei
ꝑſecutiõe. ſatiari nõ poterãt
oĩm reꝝ ablatõe. nudum ſu
ſpēdētes. felle potãtes. recli/
natoriũ capit̃ꝫ negãtes. cor/
poris horribili diſtentõe ac
vulneꝝ ꝯſciſſiõe. ſãguis mƚ/
tiplici effuſione. niſi vt famã
ac nomē bonũ oĩmode ma/
cularēt ac tollerēt. iõ ꝑmum
cũ armis tãq̃ꝫ latronē ꝯpre
hēderũt. tãq̃ꝫ malefactorē et
ſuo ſcelere dãnatũ ligauer̃t.
tãq̃ꝫ publicũ ꝛ euidētiſſimũ
nequã accuſare corã Pilato
nõ recuſar̃t dicētes. Si nõ
eſſꝫ h̃ malefactor. tãq̃ꝫ indig
niſſimũ irriſerũt ꝯſpuerũt.

blaſphemāuerūt. Barrabā
latronē ſibi ptulerūt.crucis
patibulū ꝓꝛiꝰ ſcapulis im
poſuerūt.⁊ latronē mētiendo
ī loco deſpecto tp̄e ſacro co/
rā hoīm mltitudīe nudū ſu
ſpēderūt. H ⁊ alia mlta agētes
vt ſuppreſſa boni noīs opio/
ne et fama ſceleratiſſimū oī/
bꝰ ↄꝓbarēt. Heu q̄ꝫtū hec
diffamia ↄtriſtabat innocē/
tiſſimū coꝛ dn̄i. H eſtiare po/
terit q̄ eiꝰ dignitateꝫ coḡſcit.
Si em̄ ꝑ fama ſua defendē
da.etiā hoīes pctōres vitaꝫ
exponūt.atꝫ crudelr iudicat
q̄ famaꝫ negligit.idcirco bo/
nis ⁊ dignis nihil amariꝰ le
ſiōe fame.neceſſe ē lōge ma/
gꝫ triſtatū de ſua īfamia fuiſ
ſe dn̄m q̄ꝫ quēcūq̄ꝫ moꝛtaleꝫ
purꝫ hoīeꝫ.⁊ qꝛ oīm digniſſi
mꝰ.⁊ qꝛ mltꝫ ſimplicibꝰ ſcan
dalū ītulit ac ↄuerſiōis tar/
ditatē p̄ntibꝰ ⁊ futurꝫ.maxie
āt ex eo qꝛ oīs īfamās blaſ/
phemia xp̄o irrogata redū/
dabat ī vilipendiū p̄ris. ſic̄
ip̄e ait. Qui me ſp̄nit ſpernit
eū q̄ me miſit. Lu.x. Sꝫ pa
tris gl'aꝫ ⁊ honoꝛē ſūme de/
ſiderauit.iō eiꝰ inhonoꝛatio
ſūme ip̄m ↄtriſtabat.ꝓpt q̄d
freq̄nt iudeos ꝑ ſua dehone
ſtatōe arguebat.vt pꝫ ex̄.de/

cūrſu euāgeliſtaꝝ. Sꝫ licet
ſuppꝛimere oī ſtudio nomen
⁊ famā dn̄i molirent iudei.
mētita tn̄ eſt iniq̄tas ſibi. Et
vn̄ āpliꝰ cū infamabāt inde
āpliꝰ gloꝛificatꝰ ē.dicēte pau
lo. Propter h.ſ.crucis igno
miniā exaltauit eū d̄s et de/
dit illi nomē qd̄ ē ſup omne
nomē ⁊c̄. Phil.ij. Nō lꝫ p̄n/
cipalr ī irrogatiōe factū ē.tn̄
nec hodie ſine gl'ia p̄ris fuit
dū miraculr mltꝫ eū clarifica
uit. Nā ⁊ locꝰ ipſe ↄtremuit.
poꝛtare dn̄m nō ſuſtinens.
ſol radios retraxit.nuditatē
coꝛp̄is videri nō ꝑmittens.
moꝛs dn̄i monumēta ap̄uit.
et latro dn̄m publice ↄfitēs
ab eo veniā obtinuit atq̄ꝫ re/
gnū. Eya o nūc deuota aīa
atꝫ ſctā hꝰ īmaculati agni ſā
guīe tīcta ⁊ redēpta ne fati/
gerꝫ nūc aſſiſtere nulla pēaꝝ
fatigatōe vincibili ſpōſo tuo
leua coꝛdis oclos et ſuſpice
qm̄ exaltatꝰ eſt a t̄ra in q̄ vbi
caput reclīaret nō īuēit dn̄s
d̄s tuus creatoꝛ tuus.redē
ptoꝛ tuꝰ.amatoꝛ tuꝰ.īnocēs
eterni p̄ris filiꝰ. Spectacu/
lum factꝰ ē angelis.mundo
et hominibus. Angelis qui
dem admiratōis magne nō
ↄp̄hendentibꝰ tantā filij dei

iniuriā.vt ſm Eſa.vaticiniū
admirādo q̄rerēt. Quis eſt
iſte q̄ vēit de edom tīctꝭ veſti
bꝰ de boſra.ꝛ cet̃a q̄ ſequunt̃
eiuſdē.lxiij. Mūdo ꝟo tāq̄
ꝓdigiū ꝛ cōmotio capitis in
ꝑplīs tāq̄ purgamētū mūdi
et oīm peripſima .ſed hoīb9
pijs ſtat mediatoꝛ eoꝝ in cō
ſpectu pr̄is ſui in ꝯfractōne
vt auertat irā eiꝰ ne diſꝑdat
eos. Vere ſtat ī ꝯfractōe.q̄3/
uis em̄ toto coꝛꝑe ꝯfractus
tn̄ nō cadit mēte.ſtat ꝯſtāter
in ꝑſeuerantia bone volūta
tis. Vide qūo extēdit manꝰ
ſuas vt trahat oīa ad ſeipm̄.
caue ne ſponte tua elabaris
volūtate.ne ab eo auertarꝭ
Nam h̄ eſt o aīa ſpōſus tuꝰ
candidus ꝛ rubicūdꝰ. candi
dus ꝑ innocentiā.rubicūdꝰ
ꝑ ſanguīs ſui purpurā. Vi/
de et ꝯſidera an tunica ſpō/
ſi tui ſit an nō. Ecce fera peſ
ſima rabies leonina plebs
iudaica deuoꝛauit illū moꝛ
te turpiſſima ꝑiter ꝛ acerri/
ma ꝯdēnauit filiū ſuū frēm
tuū.ſponſum tuū . Attende
qūo aplo teſte ad Gala .iij.
Pꝛo nob̄ maledictꝰ factꝰ eſt
nudus pendēs in ligno int̃
maledictos omnium patēs
blaſphemijs ꝛ maledictꝭ. vt
nos a maledictōe ꝑpetua li/
beraret . Circūſpice trāſiēs
ꝑ vias . dies antiq̄s memo/
rare.p̄ſentes attende.ꝛ vide
ſi eſt doloꝛ ſilīs ſic doloꝛ me
us. Dixerat in ethicis olim
gentilis ille Areſtotiles . ꝙ
omniū terribiliū terribiliſſi
mū eſt moꝛs.ſ3 ecce h̄ pena3
moꝛte amarioꝛē niſi ꝙ ipſa
pena moꝛs eſt ꝓducta. Ido
aplus ꝯmēdās dn̄i obediē/
tiā ad Phil. Et factꝰ eſt in q̄t
obediens vſq̄3 ad moꝛtem.
moꝛtē āt crucꝭ.paꝝ dixit.vſ/
q̄3 ad moꝛtem . niſi adderet
moꝛtem āt crucꝭ.q̄ moꝛte ni
hil peius fuit ſm Aug.inter
oīa genera moꝛtiū.qꝛ ibi do
loꝛes acerrimi exaggerātur
ꝛ cruciatꝰ. ꝓpt̃ q̄ꝝ finitiōem
etiā moꝛs ipa dulcꝭ apparet.
Non em̄ crucifigi occidi fu/
it.ſed in moꝛtꝭ doloꝛib9 diu/
tius viuere et in ꝓductioꝛe
cruciatu ſemper moꝛi. Heu
heu q̄ntꝰ doloꝛꝭ cruciatꝰ nu/
di extēti ac vulnerati coꝛꝑis
tenerrimi ſꝑ ꝓ maledicte ple
bis ſalute multiplicib9 labo
rib9 fatigari O q̄3 pꝛofunda
amaraq̄3 vulnera benedicta
ru3 manuū crudeliter ligno
cōfixarū.q̄ compeditos ſol/
uere.eliſos erigere.ſuiſq̄3 at

tactib⁹ vniuerſas infirmita/
tes ſolebāt curare. O q̄ ito
lerabil' pedū trāſfoſſio. q̄ ad
ſuoꝝ crucifixoꝝ iudaice ſcȝ
gēt ſalutē ꝛ pacē ſꝑ directe
fuere. O q̄ triſte ac reclinatū
caput mille ſpinaꝝ pūcturꝭ
pforatū. facieſq̄ pallēs liuo
re ꝛ ſanguie obducta imun/
dis q̄ȝ beſtiaꝝ ſputꝭ ſordida
ta. alapis tumida. vellicatōe
q̄ turpit' exarata. q̄ pupillos
ꝛ viduas ꝛ miſeros ſꝑ cōſo/
labat'. Deſiderabāt ſꝑ hanc
facieȝ videre famuli dei. Nā
et Moyſes ait. Si inueni
grāȝ in ꝯſpectu tuo oſtende
mihi faciē tuā. Regius ꝓpha
Oſtēde nob̄ faciē tuā et ſal/
ui erim⁹. Et in canticꝭ. Oſtē
de michi faciē tuā. qꝛ facies
tua decora. ecce aſcendit ho
die o aīa in altū. vt ab omni
bus facies deſiderata vide/
ret'. iclinauit eā vt caute ꝯſpi
ceret'. Eya q̄s nō videat q̄s
h̄ gemit⁹ lacrimaſq̄ ꝯtineat
qm̄ ſic piū ē gaudere pio ie/
ſu. ita piū ē flere lacrimanteȝ
ihm̄. ad h̄ o ſunamitis intue
re. ꝛ lege libꝝ hūc corā ocul'
tuis expanſum in quo et ſi
ab eterno pꝛ̄ omia viuis in/
ſcꝓſit elemētꝭ ſc̄m illō Joh.
Qđ factū eſt in ipo vita erat

tū hodie i carne ſcpt⁹ interi⁹
q̄dem triſticia ꝛ dolorib⁹. fo
ris aūt ſtilo ferreo atrociſſi/
mis vulnerib⁹. lrīs nedū vi/
ſibilib⁹ ſȝ etiam palpabilib⁹
tam groſſis q̄ indelibilib⁹.
ſic ꝑ Eſa. ꝑdixit. Nūqđ mu/
lier pt obliuiſci infantē ſuū
vt nō miſereat' filio vteri ſui
et ſi illa oblita fuerit. ego tñ
nō obliuiſcar tui. Ecce i ma
nib⁹ meis deſcꝓſi te. Hic eſt
liber quē Ezechiel vidit in/
tus ꝛ forꝭ ſcꝓtū. in q̄ ſcriptū
aſſerit lamētū. carmen. ꝛ ve.
Ve int⁹. lamētū forꝭ. lamen
tat⁹ eīm eſt nedū oculis fun/
dens lacrimas. ſed etiā toto
corꝑe ſāguieas guttas. ſȝ q̄/
lia crimīa. nā ꝛ de ipo pſalle
bāt q̄ bibebāt vinū puto q̄a
int⁹ cantauit corde grās pr̄i
ꝓ ꝑditi hoīs liberatiōe. forꝭ
ꝓtulit oreꝰba intrīſeci dolo
ris. q̄ ita dolorē declarabāt
vt nō min⁹ plena ſalute occu
lētiora ſacramēta pijs auri/
bus explicabant. Sȝ ad no
ſtrū ꝓpoſitū dūtaxat tracte/
mus inq̄ntum dolorem in/
timū expſſere. Audiā⁹ itaq̄
ꝑmam elegiaci carminis ſui
clauſulā quā de cruce plen⁹
cruciatu modulauit Lu. Pr̄
inq̄t dimitte illis. non enim

ſciũt q̇d faciũt. Dolēt patiē
tes ide ăpliꝰ lamētari vñ plꝰ
acerbiꝰ ve dolēt. ita ṗmũ pa
tiēt ſ dñi ℞bũ ītēſioꝛ aī eiꝰ tri
ſticia edidit atꝫ doloꝛ. hic ei
magꝭ patiꝫ ꝑ cuiꝰ ablatōe ṗ/
mũ ōpcaꝫ. Nouit ꝗꝫtũ pater
nã maieſtatē offēdũt pctã i/
pioꝝ. q̄ diuia offēſa qm̄ plꝰ
cũctꝭ diſplicuit. oibꝫ coꝛꝑali
bꝰ pēis plꝰ afflixit. ō q̇ s̄. p. q. r
mlťa ſũt poſita. Et ꝗuis ꝑ
oim pctis nimis doluit. ma
xime tñ ꝑ maxis. Maximũ
aũt pctm̄ fuit crucifixio filij
dei. Nã ſic vult. b. Anſ. li. ij.
Cur ds hō. c. xiiij. Minima
leſio illiꝰ ꝑſone peioꝛ fuit ꝗꝫ
pctm̄ oim hoim ſit malũ. Et
itex. Ad violētã ereptiōem
vite coꝛꝑalʼ hoīs xp̄i nlťa im
mēſitas vlʼ multitudo pctō/
rũ extra ꝑſonã dei cōꝑari p̄t
Nimiũ itaqꝫ de pctō ſuoꝛũ
crucifixoꝝ triſtabaꝫ ꝑ q̄nto
ꝑ h̄ ḡuiſſime maieſtas offen
debaꝫ dī. Et qꝛ pctã nō p̄nt
deleri niſi ꝑ deũ remittētem
culpã ſiue offenſã. iō oꝛat vt
ceſſet diuia offenſa ꝑ remiſſi
onē pctōꝝ dicēs Pr̄ dimit/
te illʼ. ꝛc̄. Nec fruſtra oꝛauit.
qm̄ q̄ oꝛauit efficaciꝫ ipetra/
uit. ſic ait Leo ſer. q̇ incipit.
Deſiderata nob. De bꝰ oꝛō/
nis potētia fuit vt ṗdicatiō
Petri apl̄i ex his q̇ dixerũt.
Sangnis eius ſuper nos ꝛ
ſuper filios noſtros. multo
rũ ad pniaꝫ coꝛda ꝯuerteꝫ. ꝛ
vna die baptizarēꝫ fere tria
milia iudeoꝛuꝫ. fieretqꝫ oim
coꝛ vnũ ꝛ aīa vna. paratoꝛũ
ꝑ eo moꝛi quē popoſcerant
crucifigi. Sꝫ qō nō ſolũ do
loꝛis iterni ſꝫ ꝛ amoꝛꝭ inau/
diti ac benignitatis fuit ac
doctrine alij ſmoni ꝛ tꝑi re/
ſeruãdũ eſt. atqꝫ ad ceťa ꝓce
dēdũ. Jo. Scp̄ſit aũt ꝛ Pi
latus titulũ cauſe eiꝰ ꝛ poſu/
it ſuꝑ crucē ſuꝑ caput eius.
Jo. Erat ãt ſcp̄tũ. Matth.
Hic eſt ih̄s nazarenꝰ rex iu/
deoꝝ. Jo. Hũc ḡ titulũ mlʼ/
ti legerẽt iudeoꝝ. qꝛ ꝓpe erat
ciuitateꝫ locꝰ vbi crucifixus
erat. ꝛ erat ſcriptũ hebꝛayce
grece ꝛ latine. Dicebãt ḡ pi/
lato pōtifices iudeoꝝ. Noli
ſcribere rex iudeoꝝ. ſꝫ qꝛ di
xit rex ſũ iudeoꝝ. Rñdit Pi
latus. Qō ſcp̄ſi ſcp̄ſi. Et ſm
the. iō iudei ꝓcurabãt ſcribi
titulũ. itēdētes ꝑ hũc illuſo
rie vituꝑare opinioneꝫ eiꝰ q̇
regē faciebat ſeip̄m. vt ſic p̄/
tereũtes ſui miſereri nō va/
lerēt. ſꝫ magꝭ ei tãꝗꝫ tyrãno
inſultarēt. iōqꝫ i triplici emi/

nẽtiori ligua. hebrayca ꝓpter
iudeos in lege gl'antes. gre/
ca ꝓpt̃ gẽtium ſapiẽtes. ꝛ la/
tina ꝓpt̃ romanos iã pene oĩ
b⁹ ſapiẽtibꝫ iperãtes. Uerꝫ q̇
dẽ qđ ipi in ꝯtumeliã ſollici
tabãt. alit̃ q̃ꝫ voluer̃t. Pilat⁹
ex eq̇r̃. ad ei⁹ ſcꝫ laudẽ ac re/
gni ꝯfirmatõeꝫ. vñ ꝛ Pilato
dixer̃t. Noli ſcribere. rex iu/
deoꝝ. ſꝫ qꝛ dixit. rex iudeoꝝ
ſum. Jõ aug⁹. ſup Joh̃. eos
alloquẽs ait. Quid loq̇mi/
ni inſani. q̇d fieri ꝯdicitiſ q̇d
mutare nullo pacto poteſtiſ.
nũq̇d em̃ ꝓpterea nõ erit ve
rũ. qꝛ Jeſus ait. rex iudeoꝝ
ſum. Si corrũpi nõ poteſt
qđ Pilat⁹ ſcṗſit. corrũpi põt
qđ veritas dixit. Nam ꝛ con
firmando q̇d ſcṗſerat. ait pi
lat⁹. Qđ ſcṗſi ſcṗſi. vt iplerer̃
ſcṗtura. Ne corrũpas tituli
inſcṗtõꝫ. Rex ĝ ẽ xp̃s iudeo
rũ. imo ꝛ gentiũ. ſed iudeoꝝ
circũciſiõe cordis in ſpũ nõ
lr̃a. q̇ꝝ laus nõ ex hoibꝫ ſed
ex đo ẽ. ꝑtinentiũ ad hierl'm
liberã mrẽꝫ miſcđiaꝫ eternã
in celis. ſaram ſpũalẽ ancil/
lã ꝛ filiũ eius foras đ domo
libratiſ eijciẽtẽ. Jo. Jtaq̃ꝫ re
ſpõdit Pilat⁹. q̇d ſcṗſi ſcṗſi.
q. đ. q̇d dixi dixi. Hec Aug⁹.
Que ꝛ in h̃ dolori addider̃t

qꝛ veritatẽ quã gẽtilis alie/
nigena ꝯfirmabat elect⁹ ſu/
uſq̃ꝫ ꝑplus cui ipam tam mł'
tipliciter in ꝓph̃is nũciaue/
rat tam inuidioſe om̃imode
impugnabãt. Jo. Milites
ĝ cum crucifixiſſent eũ acce
perũt veſtimẽta ei⁹ ꝛ fecerũt
q̃ttuor partes. vnicuiq̃ꝫ mi/
liti ꝑtem et tunicã. Erat aũt
tunica incõſutilis deſuꝑ cõ/
texta ꝑ totum. Dixerũt ĝ ad
inuicẽ. Nõ ſcindam⁹ eã ſꝫ ſor
tiamur de illa cui⁹ ſit. vt ſcri/
ptura iplerer̃ dicẽs. Partiti
ſũt veſtim̃ta mea ſibi. et ſuꝑ
veſtem meã miſer̃t ſortẽ. Et
milites q̇dem h̃ fecerũt. Ad
lrãm patet pl'es xp̃m tuni/
cas habuiſſe. q̃tuor q̇ꝫ cruci
fixores fuiſſe. q̇rũ ſpoliatio
domini afflictiõeꝫ adauxit.
Nam ſ̃m Chryſ̃. non parua
abiectio hec chriſti erat. q̃ſi
em̃ totaliter dehonoratum
et omnium viliſſimũ in chri
ſtum hec agebant. in latro/
nibus autem nihil tale ope
rati ſunt. Diuidere enim ve
ſtimenta in cõdemnatis in
valde vilibus fit et abiectis
et nichil aliud habentibus.
Scđm Theophilum autẽ
ad obprobrium hec facie/
bant et ex quadam laſciuia.

q̄ſi ſubſannatiue diceret̄ .q̄a
ſe regē dixerat habeam⁹ ſil'r
aliq̄d d regijs veſtimētꝭ Etiā
eo āpli⁹ dn̄m h ſpoliatio cō/
triſtabat.q̄ veſtes ille q̄s foꝛ
te ſuis mr̄ chariſſima cōpa/
rauit laboꝛibꝫ aut texuit ma
nibꝫ cederet̄ tā idignis. Sꝫ
nō vacāt h a myſterio q̄ pul/
cre pſeq̄t Aug⁹.oml'.cxviij.
ſup Joh. Sed ad vlterioꝛa
ꝑperam⁹. Math. Sedētes
ſcꝫ milites ſuabāt eū.ne ſcꝫ
euaderet.aut aliq̄s eum de
cruce viuū deponeret. Sꝫ
diligētia militū ⁊ ſacerdotū
nob pfuit vt maioꝛ ⁊ aptioꝛ
reſurgētꝭ virtus appareret.
Math. Pretereuntes autē
blaſphemauet̄ eū .mouētes
capita ſua ⁊ dicētes. Vah q̄
deſtruis tēplū dei ⁊ ī triduo
illō reedificas .ſalua teip̄m.
ſi fili⁹ dei es deſcēde de cru/
ce. Sil'r ⁊ p̄ncipes ſacerdo
tū illudētes ad alterutrū cū
ſcribis ⁊ ſenioꝛibꝫ dicebant
Alios ſaluos fecit.ſeip̄ꝫ nō
p̄t ſaluū facere. Si rex iſrl'ē
deſcēdat nūc de cruce ⁊ cre/
dim⁹ ei. Cōfidit ī deo liberꝫ
eū ſi vult. Dixit em̄.q2 filius
dei ſū. Luc. Et ſtabat pplus
expectās et deridebant eum
p̄ncipes cū eis. Illudebant

āt ei ⁊ milites. ⁊ poſtq̄ꝫ dixe/
rat. Sitio.accedētes et ace/
tum offerētes illi ⁊ dicētes.
Si tu es rex iudeoꝝ ſaluū
te fac. Animaduertite kmi
inauditā rabidoꝝ beluinaꝫ
ſeuiciā. naturaꝫ hoīs penit⁹
deſerentēꝫ.oīmis miſericoꝛ/
die ⁊ manſuetudīs exoꝛtem
Supmirū videt̄ qūo tātaꝫ
atrocitatē in tam afflictum.
piū.⁊ in nullo oblatrantem
homīem poterant exercere.
Nuſq̄ꝫ vidim⁹ nec aliq̄n au/
diuim⁹.aut legim⁹ etiā in ex/
tremo ſupplicio iudiciū ſine
miſcdia fieri q̄n ſaltem aliq̄
ex pte vel in ip̄a moꝛtꝭ inflic
tione q̄ꝫtū ſm gen⁹ moꝛtis ⁊
datam ſnīaꝫ fieri potuit cō/
paſſio ⁊ miſcdia impēderet̄
ad min⁹ in v̄bis ꝯſolatoꝛijs
ſi min⁹ in factis potuit exhi/
beri.etiā ſceleratiſſimis ho/
minibꝫ.parricidis aut fratri
cidis.ciuiū aut patrie tradi/
toꝛibꝫ aut q̄libet intolerabi
lia damna inferentibꝫ. Sed
ecce innocentiſſimo ihu qui
nihil mali intulit.ſꝫ bona tri
buit.nūq̄ꝫ obfuit ſꝫ pꝛofuit
oīs mia negat̄. Nꝫ em̄ nihil
mali ītulerit titul⁹ ip̄e ⁊ illa/
te blaſphemie q̄ crimē nullū
poterāt īpingere clare pbāt

Quãtũ ꝓo boñi tribuit. etiã
ĩ pc̃is atrociſſimis declarat
Ecce vir ſmo bñdicti oris
ei⁹ finit. q̃ oĩm pc̃aꝝ. doloꝝ ⁊
iniuriaꝝ. imo mr̃is fratrũ ⁊
aicoꝝ imemor. ꝓ eis. ſ. inimi
cis ſuis crudelibꝫ prc̃ꝫ atten
tiſſime iterpellabat. ne illa te
ſibi iniurie ĩ mal' ipis cede/
rẽt. ſꝫ remittet culpa. ⁊ debi/
ta eis dãnatio ſempiterna.
Sꝫ nihil mota ſũt ſaxis du
riora corda. ſꝫ ꝓ optĩs vices
peſſimas reddidere. Nã ne/
qꝫ plagꝭ ei⁹. nec vulneribꝫ. nᶜ
ſanguis ꝓfluuio. nec fluuio.
nec iminente iam morte ſa/
tiari queũt. magꝭ ãt oĩa h̃ q̃i
modica ac ĩſufficiẽtia ꝑuipẽ
dentes. quẽ nec maĩbꝫ nᶜ ꝟ/
beribꝫ nec ſputis attingere
valuerẽt. blaſphemĳs. ĩpro/
perĳs. irriſiõibꝫ. ac motu ca
pitꝭ incredibili furia laceſce
bant. ꝙ hũana abhorret na/
tura. vltio afflicto ſupplicio
quã poterãt afflictõꝫ ſuꝑad
dẽtes. De tribꝫ aũt inſulta/
bãt. de iactantia. Joh. Vah
q̃ deſtruis tẽplũ dei ⁊c̃. Se
cũdo de potẽtia. Alios ſal/
uos fec̃. ⁊c̃. et Si rex iſrl'es.
⁊c̃. Tertio de vana fiducia
ibi. Cõfidit ĩ deo. liberet eũ
ſi vult. dixit eñ. qꝛ fili⁹ dĩ ſũ.

Imponebãt autẽ xp̃o duo.
Primũ. qꝛ dixerat ſe xp̃m ĩ
lege ꝓmiſſũ. Scõm. ꝙ dixe
rat ſe regẽ iudeoꝝ. Primuꝫ
tãqꝫ legi ꝯriũ ĩproperabant
crucifixo dño iudei. Scõm
tãqꝫ romano impꝰio ꝯriũ im
properabãt milites romani
moſayce legꝭ ignari. Q ꝫ aũt
aiũt. Si rex iſrl'es deſcẽde
nũc d̃ cruce. ⁊c̃. ex diabolico
loquunt inſtinctu. qꝛ d̃ hoc
btũs Leo in ſer. qui incipit
Expectatõi vr̃e ait. Princi/
pes ſacerdotũ q̃bꝫ indulgẽ/
tiaꝫ ſaluator petebat. ſuppli/
ciũ crucis irriſionũ aculeis
aſꝑabãt. ⁊ in quẽ maĩbꝫ am/
plius ſeuire nõ poterãt. lin
guaꝝ tela iaciebant. Et ĩ ſer.
q̃ incipit Cũ multis modis
ideꝫ inq̃t. Principes iudeo
rũ legiſqꝫ doctores. nec con
ſcientie impietate compũcti
nec effectu ſceleris mitigati
fixuris clauoꝝ addebatꝭ te/
la linguaꝝ dicentes. Alios
fec̃ ſaluos. Nã ſic̃ teſtat bea
tus Berñ. in ſer. de paſca q̃
incipit Vicit leo. Dolet ve/
nenati ſerpẽtꝭ aſtucia. exalta
tũ in deſerto ſerpentẽ eneuꝫ
cui⁹ intuitu ſanẽt vulnera q̃
inflixit. alioq̃n q̃ alio ĩſtigã/
te miſiſſe credim⁹ vxorẽ Pi/

lati ad ip̄m dicētē. Nihil tibi
⁊ iuſto illi. mlt̄a ei paſſa ſum
oīno a pte intellectiua nō p/
cipiť. in xp̄o āt ex ſpeciali di/
ſpēſatōe deitatꝭ ꝯſeruate ſūt
potentie ratio ⁊ volūtas. q̄/
libet in ꝑfecto vſu ſuo. nec
aliquatenꝰ a doloꝛe partis
ſenſitiue. aut etiam triſticia
interioꝛi fuerunt abſoꝛpte.
Ideo intellectus oīes do/
loꝛes clariſſime apphendit

cū oi̅ diſcōueniētia ꝛ ita vo
lūtati oñdit. Idcirco maxie
ꝯtriſtabat̃ portio rōis ſēſiti
ui ſꝫm modos ſ̄ tactos . Et
ita dolor maior q̄ ꝑceptibili
or nedū ſēſu ſꝫ ꝛ itellectu .ſic
ꝙ ꝯſuate ſūt potētie naẗales
ſupnaẗalit̃ vt magꝭ dolerēt.
Deniqꝫ cū ꝓpt̃ potētiaꝝ colli
gatōēꝫ delectatio vniꝰ potē/
tie redūdat in aliā . Et ideo
ſcti̅ martires q̇ ꝑ paſſionem
nouerīt ſe mľtū ꝯplacere do
ſuꝑ oia dilecto. ꝛ ꝓ pene ma
gnitudie gľoſiſſime corona/
ri expectabāt ſꝫm ꝑtē itellec/
tiuā gaudebāt de paſſiōe fo
ris ꝓpt̃ deū illata quā ꝓ amo
ris ſui magnitudie ꝯſidera/
bāt. Et ꝓpt̃ hmōi gaudiū in/
tellectuale leuiꝰ ferebāt do/
lorē ſenſus. Hic btūs Vin/
cētiꝰ Daciano ait. cū acerri/
mis penis mactaret̃. Hoc ē
qꝺ ſꝑ optaui iā in ſublimibꝫ
agor. Et btā agatha Quin/
ciano dixit. Ego i his penis
ita delector ſicͭ q̇ bonū nun/
ciū audit. ꝛ q̇ inuēit theſauꝝ
mľtū. Nō em̄ p̄t ponere tri
ticū i horrea niſi theca eius
fortit̃ fuerit ꝯculcata . Ita ꝛ
aīa mea n̄ p̄t i ꝑadiſū cū pal/
ma itrare martirij niſi dili/
gent̃ fecerꝭ corpꝰ meū ꝗ car/
nificibus attrectari. Experi
mur ꝛ nos cum patimur ali
q̇d ꝓ re mľtū dilecta leuiꝰ ſu
ſtinemꝰ Imo ſꝫm Philo. vij.
ethi. c. vlt̃. Delectatio exclu/
dit triſticiā . nō tm̄ ꝯ̄riam ſꝫ
etiā ꝯtingētē ſi ſit fortꝭ. Iꝺo
vt diͨ Sco. tāta p̄t eſſe dele
ctatio i vna ꝑte aie ꝙ exclu/
dat vſū alteriꝰ ꝑtꝭ. Sic et in
patiētibꝫ mitigat̃ triſticia in
terior ex aliq̄ ꝯſideratōe rō/
nis ꝑ q̄ndā redūdantiā a ſu
perioribꝫ viribꝫ i iferiores vt
dicit ſctūs Tho. iij. ꝑte ſū. q.
xlvj. ar. vj. Cū āt xp̄s fuit eti
am i ipa paſſiōe ꝛ morte ſꝫm
ſuꝑiorē portiōēꝫ ꝑfctē btūs
qꝛ ꝯphēſor fuit ab inſtāti cō
ceptōiſ. ꝛ ita maxim gaudiū
fuerat i portōe ſuꝑiori volū/
tatꝭ. ꝑ miraculū nouum ait
Sco. ita actū ē ꝙ ſic gľia in
portōe ſuꝑiori volūtatꝭ non
redūdauit i corpꝰ nͨ in vires
inferiores vt maneret corpꝰ
paſſibile. ita ꝛ gaudiū eiuſꝺ
portōis beatificū nō redun
dabat nec excluſit dolorem
in appetitu ſēſitiuo. nec triſti/
ciā i portōe iferiori. Sꝫ nec
i eadē portiōe vt compat̃ ad
aliꝺ obiectū. Eodē vtiqꝫ mi
raculo q̄ fuit ſiľ ꝯphenſor et
viator. Sicꝫ etiā vt viator

ſūme dilexit deū ⁊ in ipletōe diuīe volūtatꝭ ꝓmptiſſimuꝫ ſe exhibuit. nō tñ ſeq̄bat̄ de/lectatio ꝑpt ſuſpenſionē cau ſaꝝ natalium ab h actu. ⁊ ſi re/ſpectu obiecti caritatꝭ. ſ. dei dilecti ⁊ de ſalute hūani ge/neris ꝑ ſuā paſſionē acq̄ſita aliq̄ fuerit dlectatio ꝯſeq̄ns actū dilectiōis nō beatifice ſꝫ viatoꝝ. illa fuit ibi cobibi ta ⁊ ab om̄i redūdantia per miraculū ſuſpēſa vt nihilo/minꝰ vires aīe aut etiā eadē reſpectu alteriꝰ obiecti ꝑmiſ ſe ſunt agere qd ſuū erat. vt vult Damaſ. et allegat Tho. vbi ſup̄. Vñ omēs aīe vires paſſionū impetꝰ q̄ſi torrens īebriauit ⁊ ſuꝑrepleuit vt ve rificaret̄ illd ps. Repleta eſt malis aīa mea. malis vtiq̄ nō culpe ſꝫ pene ſm Augu. Ex q̄bꝰ ptꝫ q̄ dolor xp̄i fue/rit puriſſimꝰ oīs ꝯſolatiōis redūdantia impmixtꝰ. Vñ manifeſtū ē nulliꝰ ſancti aut viatorꝭ cuiuſlibꝫ dolorē ⁊ tri ſticiā paſſiōi xp̄i poſſe cōpa/rari. nō ſolū ex cauſis ſupra dictꝭ aut ex eo q̄ꝛ habuit cor pus optīe diſpoſitū ⁊ ſenſuꝫ optime ꝑceptiuū ⁊ appetitū ſūme ad ꝯriū inclinatū. ſꝫ ex eo q̄ꝛ fuit dolor puriſſimus cuius acerbitas nec ꝯſolatī one ab alia potētia redūdā/te fuit mixta ⁊ maxīe a rōne ꝑcepiꝰ. quā in nullo abſorbe re aut obtundere potuit licꝫ acerbiſſimꝰ fuit obſtante mi raculoſa cōſeruatōe dei. Ex q̄bꝰ ſcdo patet nunq̄ꝫ aliquē viatorem ita a deo in penis derelictum ſiue iuſtum ſiue iniuſtū quomodo a deitate derelicta eſt humanitas xp̄i. Juſtos quidem multiplici/ter conſolatus eſt ac redun/dantiā ſpūalis leticie non ꝓ hibuit imo augmētauit. In iuſtos vero ⁊ ſi nō eſt ſpecia liter ꝯſolatus. ſaltim non ꝓ hibuit q̄n dolor intenſus ꝑ tis ſenſitiue rōnem obtūde ret aut abſorberet. et ſic mi/nus a ꝑte intellectiua ſenti/ret. Vñ euidēter apparet ve/ritas illius in ꝑſona dn̄i in threnis ſcptum. O vos oēs q̄ tranſitis ⁊c̄. Quis eīm vn/q̄ꝫ tam grauia tam ſtupēda ſuſtinuit. Deus eſt qui pati/tur. Nec in aliquo torcular paſſiōis ſibi alleuiatur. qui ſeruis ſuis vel om̄ino aufer re vel alleuiare vel breuiare vires conſueuerat tormēto rū. nō parcet ſibi q̄ peccato/ribꝰ parcere ſolet. O q̄ꝫ vere

dixerat apl's .ꝓprio filio ſuo
nõ pepcit.ſʒ ꝑ nob̃ oĩb⁹ tra/
didit illũ Ro.viij. Nõ ſolum
ĩ morteʒ ꝑ nob̃ tradidit de⁹
vnigenitũ ſʒ ⁊ ĩ penis ⁊ affli
ctõib⁹ nõ pepcit Fuit ãt iſta
derelictio hũanitatꝫ ſignifi/
cata figuralit' Leuit.xvj.in
duob⁹ hircꝫ.q̃ꝝ altero ĩmo/
lato ali⁹ ĩ ſolitudinẽ mitteba
tur. Duo em̃ hirci hũanitaſ
⁊ diuĩtas xp̃i ĩtelligũt'. Hũa
nitate ḡ ĩmolata diuitas ĩ ſo
litudinẽ abijt.i. in celũ. Vñ
Eſici⁹ ſup Leuiticũ. In ſo/
litudinẽ.i.ĩ celũ tp̃e paſſiõis
diuĩtas abiſſe dr̃ nõ locum
mutãs ſʒ q̃dãmodo ꝟtuteʒ
cohibẽs vt poſſent ĩpij ꝯſũ/
mare paſſionẽ. Abijt ḡ.i.vir
tutẽ cohibuit ⁊ portauit ini
q̃tates nr̃as.nõ vt hẽet ſʒ vt
ꝯſumeret. De⁹ em̃ ꝯſumens
ignis eſt. Hec aũt qꝛ oculus
corpal' in cruce pẽdentẽ aſpi
ciẽs vide nõ potuit.recte ad
tãti dolorꝫ declaratõeʒ voce
mag̃ clamauit. Heli heli la/
mazabathani. Hanc vocem
Math.q̃dã illic ſtãtes ⁊ au
dictes dixerũt. Heliã vocat
iſte. Ceteri dixerũt Sine.vi/
deam⁹ an veniat Helias li/
berãs eũ. Quidã illic ſtãtes
nõ oẽs.forſitan romani mili

tes ſm̃ Hiero.nõ ĩtelligẽtes
ꝓprietatẽ ſmõis.vel iudei ſo
lito ſibi ſmõe ꝟbũ dñi dep̃/
uãtes ĩbecillitate ĩfamabãt
eũ.ſ.q̧ helie vocabat auxiliũ
miorẽ Helia r̃putãtes. Jo.
Poſtea ſciẽs ih̃s qꝛ iam oĩa
ꝯſũmata ſũt.q̃.ſ.d̃ xp̃o paſſu
ro lex ⁊ ꝓp̃he p̃dixerant.quia
pauca reſtabãt añ mortẽ ei⁹
implẽda.ſ.ei⁹ potatio que in
ꝓmptu erat.vñ ſeq̇t'.vt ꝯſũ/
maret' ſcript'a p̃s.lxviij. In
ſiti mea potauerũt me aceto.
iõ ad illõ reſiduũ iplẽdũ di/
xit Sitio.q.d.ſm̃ Aug. Dic
min⁹ feciſtis date q̃d daturi
eſtiꝫ.h̃ ſolũ ex ſcṗturꝫ iplẽdũ
reſtat ꝑficire q̃d p̃dixit.ñ tñ
aduerbiũ vt cauſalit' accipit'
ſʒ ꝯſecutiue.nõ em̃ qꝛ ſcṗtũ
erat ih̃us egit.ſʒ qm̃ factur⁹
erat iõ p̃dixerat ſcṗtura Gra
uiſſima pena fuit ſitꝫ illa .q̃d
ex ſigno ⁊ rõne noſci poteſt.
Signo.qm̃ ꝟitas pr̃is que
ſimulare nõ nouit dũ tacet
cetera q̃ ſuſtinet ſpineã coro
nam crucẽ clauos ⁊ vulne/
ra pre ſitꝫ anguſtia clamat.
Sitio.maximũ ſitis crucia
tum declarat. Cui ⁊ rõ ꝯſen
tit.nã nimiũ ⁊ diuti⁹ labora/
uit.ſanguinem ſuũ vndiq̧ ⁊
multiplr' fudit.ĩ ſanguineo

ſudoꝛe fact⁹ i agonia. i gena/
rū ſacrilega vellicatōe. i cru/
deli ac tāta flagellatōe. in ſa/
croſancti capitꝫ dēſaꝝ pūgē
tiū vepꝛiū q̄ſi coꝛone foꝛti i
pꝛeſſiōe. i veſtiuꝫ vulnerib9
inhcrētiū violēta ſpoliatiōe
in manuū pedūqꝫ i q̄b9 oēs
coꝛpis nerui ꝯcurrunt ⁊ ve
ne doloꝛoſiſſima foſſiōe. ꝓpt
q̄d extracto tantoplicit pꝛe/
cioſo ſanguine coꝛpiſqꝫ hu/
moꝛib9 effuſis. aduſtū eſt et
deſiccatū dn̄i coꝛp⁹ atqꝫ ſup
modū arefactū. ꝓpt q̄d in ei⁹
pſona ait ꝓpħa p̄s. xxi. Sic
aqua effuſus ſū ⁊ diſpſa ſūt
id eſt. a iūcturꝫ diſſoluta oīa
oſſa mea. Factū eſt coꝛ meū
tāqꝫ cera liq̄ſcēs i medio vē/
tris mei. Aruit tāqꝫ teſta vir
tus mea. et ligua mea adhe/
ſit faucib9 meis. p̄ nimia ſic/
citate ⁊ defectu hūoꝛꝫ. qꝛ pe
ne tot⁹ humoꝛ xp̄i exhauſt⁹
fuit. ꝓpt q̄d in lanceatiōe ſan
guis exiuit et ꝯtinuo aq̄. ad
oſtendendū ꝙ coꝛp⁹ reman/
ſit q̄ſi ſine ſanguie arefactū.
vt dic̄ Ni. de Ly. ſup eodem
p̄s. Sup h̄ coꝛp⁹ nudū vul/
nerib9 plenū ſolis ardoꝛi et
ventis expoſitum fuerat ad
eius maioꝛē arefactōꝫ. ꝓpter
q̄d in p̄s. cj. dꝛ. oſſa mea ſicut
cremiū arueſt. ꝓpter interio
ris hūoꝛꝫ euacuatiōeꝫ. Per/
cuſſus ſum vt fenū. Fenum
a ſole ⁊ vētis aredine pcutit
ideo ſeq̄t. et aruit coꝛ meuꝫ.
Quis autē cogitare poterit
quāta ſitis ariditatē ſeq̄bat
extracto fere om̄i humoꝛe i
q̄ vita ꝯſiſtit. Quis perpen/
dere valet q̄ꝫtū ſitꝫ tāta cru/
ciabat q̄ fame moleſtioꝛ eſſe
ſolet. cuius ſenſus etiā dolo
ri vulneꝝ maximo vtriqꝫ pꝛe
ualuit. Sꝫ nūc audiamus
qūo refocillata eſt tanta ſitꝫ
moleſtia Seq̄t em̄ Johan.
Vas ḡ poſitū erat aceto ple
num. Ly. ſup Mat. ait. Si
cut videt in q̄dam libꝛo he/
bꝛaico q̄ apud eos intitulat
liber Judicū oꝛdinarioꝝ. ꝙ
qꝛ Salomon dixerat Pꝛo/
uerb. xxxi. Date ſicerā. i. po/
tum inebꝛiatiuū merentib9.
et vinū his q̄ amaro animo
ſunt. Bibant et obliuiſcant
egeſtatis ſue. et doloꝛis ſui
nō recoꝛdent amplius. ideo
ex occaſione huius verbi ſe
nioꝛes ſtatuerant vt ꝯdem/
natis ad moꝛteꝫ daretur vi/
num aromaticū ad bibēdū
vt facili⁹ tolerarēt paſſioneꝫ
In hierl'm āt erāt matrone
deuote et compaſſiue q̄ hoc

vinū dabāt ex deuotōe. Ju
dei igitur nimia crudelitate
moti tale vinū datū ꝑ xp̄o ꝛ
alijs duobꝫ cū eo crucifixis
acceperūt ſibi. ſm q̄d dictū
ē Amos. ij. Vinū dānatoꝝ
bibebāt. ꝛ loco eiꝰ poſuerūt
acetū cū felle mixtū. Audita
ḡ voce dñi Sitio. Matth.
Cōtinuo currens vnꝰ ex eis
acceptā ſpongiā ipleuit ace/
to .i. tali potu amariſſimo.
Joh. hyſopo circūponens.
Math. impoſuit arūdini et
dabat ei bibere. Ecce cariſſi
mi inauditā peſſimoꝝ rabiē
Nā vt ait Chryſ. Si decem
milia habuerimꝰ inimicoꝝ
ꝛ ſi inſanabilia paſſi ſumus
videntes eos iterficere refle/
ctimur. Hi ꝓo neq̄ꝫ expiati
ſūt ad eū. neq̄ꝫ in his q̄ vide
bāt facti ſūt māſueti. ſꝫ ſeuie
bāt magꝭ ꝛ inſaniā intende/
bāt. ꝛ ſpōgiā afferētes aceto
potabant. Heu q̄lis cena pꝰ
tātos labores. heu q̄le vlti/
mū vale celoꝝ regi iā exitu/
ro ex h̄ mūdo offert. Labo/
rauit fortit ꝛ aruit. ꝑ cena in
hora cene ſolū potū petijt. ꝛ
ecce filij diaboli ꝑ cibo vl ꝑ
potu obtulerūt acetū. Conſi/
dera o aīa deuota. q̄uo fons
vite aruit. q̄ in vltio feſtiuita
tis die mag̃ voce clamauit.
Si q̄s ſitit veniat ad me et
bibat. Joh. vij. Qui petenti
bus dat aquā viuā. ex q̄ qui
bibet fiet i eo fons aque ſa/
lientꝭ in vitā eternā Joh. iiij.
Qui deniq̄ꝫ terraꝫ rore ine/
briat ꝛ ibribꝫ. ꝛ vniuerſa po
tat. ſup̄ modū ſitit i extremo
pēdens ſupplicio ꝛ aq̄ gutta
negat. Sed ad doloꝝ aug/
mētū acetū felle mixtū ꝓpi/
nat. Hic augꝰ. ait in q̄dā ſer.
de paſſiōe. Propinator fon
tiū potat aceto. mell dator
cibat felle. flagellat remiſſio.
ꝯdēnat venia. illudit maie/
ſtas. irridet vtꝰ. largitor im/
briū ꝯfundit ſputis. Verū/
tamen qꝛ nouit dñs q̄ potā/
dus erat. non ſitiꝭ moleſtiſſi/
me refocillatōem q̄ſiuit. ſed
lingue ſue ꝛ oris bñdicti ite/
ratā afflictōeꝫ vt in oībꝫ ꝛ ꝑ
oia mēbra ꝑ nob ſua ſponte
pateret Jdcirco potū hunc
ſumpſit nō ad ſitis ſedatōeꝫ
ſꝫ ſolā afflictiōem. Poterat
eni potus ille q̄ntumcunq̄ꝫ
amarus. quia humidus ſi i
viſcera traiectus fuiſſet vt/
cūq̄ꝫ releuaſſe ſitim. Nō ḡ bi
bit traiciendo vbi recreari
poterat ſed guſtauit. hoc eſt
in os ſuū ſumpſit. vt linguā

⁊ palatū organa.ſ.guſtꝰ ama
ricaret.ſcimꝰ eñ nō niſi i or/
gano guſtꝰ ſentiri poſſe ama
ritudinē. traiectꝰ ei i viſcera
cibꝰ aut potꝰ nō diſcernit an
dulcis fuerit aut amarꝰ. Et hͦ
eſt qđ dicit Math. ⁊ cū guſtaſ
ſet noluit bibere. ſcȝ traicien/
do in viſcera. ꝓpt idem ꝯtrarie
Marcꝰ dicēs. et nō accepit.
Joh. cū accepiſſet. qꝛ loquit
Marcꝰ de acceptōe vt potꝰ
ꝑfecti ad recreatōem ſūpti i
viſcera. ſic eñ noluit bibere
vt Marcꝰ dicit. Joh. vͦo eū
accepiſſe in os ad guſtandū
teſtans inq̄t. cum accepiſſet
clarius innuit Matthēꝰ di/
cens cū guſtaſſet. Fuit autē
illa tante amaritudinis gu/
ſtatio penaliſſima. eo ꝙ lin/
gua ⁊ fauces ꝓpter nimiam
ariditatem vehement traxe
rant humorē felleū. ⁊ ita ve/
hementer amaricati ſunt et
puniti. Alioq̄n cur ꝑ ꝓpham
dñs huiꝰ amaritudinis taȝ
diligenter nobis commen/
daſſet memoriam dicēs. Re
cordare pauꝑtatis et tranſ/
greſſionis mee abſinthij et
fellis. Joh. etiam tanq̄ȝ ſi in
guſtu aceti ⁊ fellis totiꝰ ama
riſſime paſſionis ꝯſumma/
ta plenitudo ꝯſiſteret. Joh.

Cum accepiſſet. mō p̄dicto
dixit. ꝯſummatū eſt. ſ. quic/
q̄d de me ſcptura p̄dixit. q̄n
tū ad oīa patienda nihil re/
ſtat cruciatu liberū. impleta
ſcptura q̄ dixit. Repleuit me
amaritudinibus. inebriauit
me abſinthio. Cōſummatū
eſt opus qđ dedit michi pa/
ter vt facerem. Cōſummata
eſt obedientia mea vſq̄ȝ ad
morteȝ crucis. vniuerſus la
bor pena ⁊ dolor et q̄cq̄d ad
hoīs reparatōem fieri opor
tuit. anteq̄ȝ morerer ꝑfectuȝ
eſt. Conſummatū eſt opꝰ re/
demptōis humane. Nam et
mors ipſa iam in ianuis eſt
que quia modicū diſtat ni/
hil diſtare videt. que et ipſa
iam conſummat. Hinc Leo
papa ſer. q̄ incipit. Expecta/
tioni veſtre. ait. Deguſtato
aceto dominꝰ q̄d illa dabat
vinea que ab auctore ſui plā
tatione degenerās cōuerſa
fuerat in amaritudinē vitis
aliene. ꝯſūmatū eſt ait. hͦ eſt.
complete ſūt ſcpture. nō eſt
ampliꝰ q̄ inſaniā ꝑpli furen/
tis expectē. nihil minꝰ ꝑtuli
q̄ȝ me eſſe p̄dixi. ꝑacta ſunt
myſteria infirmitatꝭ ꝓpinant
documēta vtutꝭ. Hec Leo.
Videri autem poſſet alicui

ſupꝑficialiť attēdenti. ꝟbuꝫ h̄
nō eſſe merorꝭ ſꝫ gaudij ma
gis vel leticie tāq̄ꝫ ei⁹ q̇ iā du
riſſimos labores finiuiſſet.
Sꝫ inueniem⁹ etiā ī h̄ ꝟbo
maxiaꝫ cordiſ mitiſſimi ih̄u
triſticiam ſi diligēti⁹ ſpecule
mur. Clamabat dn̄s iā oia
ex ꝑte ſui ad hoies liberati/
onē req̇ſita cū incōprehenſi
bili labore ⁊ paſſiōis amari
tudie ſufficienť ꝓ toti⁹ mūdi
ſalute ꝯſūmata. Sꝫ qꝛ no/
uit tantū laborē tā ī paucis
ſalutꝭ effectū habituꝝ reſpe/
ctu dānatoꝝ mľtitudīs. q̇d
etiā paucitas ī fide cum xp̄o
manentiū figurabat. Sꝫ et
opus ſalutꝭ nouit plurimis
ingratꝭ adhuc ꝯſūmatā dn̄i
paſſionē q̄ꝫtū in ſe eſſe pote/
rit innouaturꝭ ī pōd⁹ maiorꝭ
dānatiōis fuťe. q̇ leui⁹ tuliſ/
ſent damnatōꝫ ſuā ſi nunq̄ꝫ
crucifix⁹ fuiſſꝫ ſalutꝭ auctor
Nūc āt in penaꝝ infinibiliū
plenitudinē videbūt in quē
trāſfixerť. Hic redēptor hu
mani generꝭ pī miſericordi/
aꝝ q̇ vult oēs hoies ſaluos
fieri. qm̄ oia ad id ꝑtinentia
ſui ex ꝑte ꝯſūmauit. ſuꝑ oēs
vulneꝝ ſuoꝝ et corꝑalis pe/
ne dolores mētꝭ triſticia eſt
afflict⁹. de q̇ etiaꝫ vide ſ̄. In
cuius ſignū cū offerret paſ/
ſionē ſuā in cruce ꝓ ſolis vti
q̄ꝫ electꝭ efficaciť et ꝓ nullis
alijs trinitati eaꝫ ꝓ talibus
tm̄ efficaciter acceptanti. vt
dicit Sco. in diſt. xix. quar/
ti. abundātiſſimas fudit la/
crimas. videns clare tantaꝫ
preſcitoꝝ mľtitudinē ⁊ pau/
citatem numeri electoꝝ. q̄s
lacrimas licet taceat euāge/
liū. qꝛ multa fecit ih̄s que in
euangelio nō ſūt ſcꝑta Joh̄.
vltio. Apľus tm̄ nō tacuit. q̇
ad Hebre. v. huius memor
ſacrificij ait. Qui in diebus
carnis ſue. i. paſſibilitatꝭ pre
ces ſupplicationeſq̄ꝫ ad eum
q̇ poſſet ſaluum illū a morte
facere. ſ. patrem. potenteꝫ a
morte ꝓſeruare ſi voluiſſet.
ſꝫ ꝓpť hoīs redēptōeꝫ noluit
cū clamore valido et lacris
offerens. ſ. ſeipm̄ cum ꝓcib⁹
ī cruce ŏ clamore valido au/
diuim⁹ cum clamauit. Heli
heli. Sꝫ ⁊ expirās clamauit
voce magna. de lacrimis ni
hil dubitandū q̇n mľto plu
res fuderit ꝓ totius generiſ
humani ſalute hoc actu libe
randi q̄ꝫ pro morte Lazari
ſuſcitandi. Putandū auteꝫ
eſt lacrimas fuſas poſt cla/
morē validū ꝯſummatis iā

oib⁊.tūc ei tp̄s erat ſuā paſſi
onē i effectu offerēdi. ꝓpt̄ q̄d
ſeq̄r. ꝛ exauditꝰ ē p ſua r̄uerē
tia. p q̄b⁊. haud dubiū q̄n p
paucꝫ. i. electꝫ. Hic ſeq̄r. Et
ꝯſūmatꝰ. factꝰ ē oīb⁊ obtēpe
rātib⁊ ſibi cā ſalutꝫ Obtēpe/
rāt ſoli electi. reprobi repug
nāt. mlt̄itudo ḡ lacriaꝝ ma/
gnitudinē triſticie ſigt̄. quaꝫ
ītulit dānādoꝝ mlt̄itudo. p
q̄b⁊ ſua oblatio ꝛ ſi ſufficerꝫ
coꝝ tñ obſtāte r̄belli ꝯtuma
cia q̄ r̄mediū ſalutꝫ abiiciūt
iefficax r̄manebat. Int̄ hos
ſinexplicabiles dolores fletꝰ
ꝛ triſticias morti appropiq̄n
tes cepit lāgueſcētes oculoſ
fons vite deprimere. facie pal
leſcere ac morientꝫ ſpēꝫ p̄ferre
Math. itē. Lu. Clamans
voce mag̃ ih̄s. Pr̄ ait. in ma
nus tuas ꝯmēdo ſpm̄ meū.
Ultimuꝫ v̄bū dn̄s ꝓtulit q̄
nō tam aīam ſuā q̄ꝫ electoꝝ
oīm pr̄i cōmēdauit. ſic dicit
Athanaſiꝰ. Commendauit
pr̄i p ſe vniuerſos mortales
i ſe viuificatos. Nā ſumꝰ mē
bra eiꝰ ſm̄ illō aplī Oēs vnū
eſtꝫ i xp̄o. Licꝫ ei vt dr̄ i glo.
ſup Tobiā dn̄o i cruce paſ/
ſo diabolꝰ q̄ pcurāte crucifi/
xus erat aduenit querens ſi
q̄d pcti inueniret. Cui etiā
ꝯſentit Greg. omł. xxxix. ita
dicēs. Ad deū carne morien/
te venit. ꝛ i illo aliq̄d q̄ſiuit in
q̄ nihil inuenire potuit. non
tñ eiꝰ timore hāc vocē emiſit
ſciēs q̄ꝛ nihil ī eo iuris hūit
ſic ip̄e teſtatꝰ ē. Uenit p̄nceps
mūdi hꝰ. ꝛ i me non hꝫ q̄c q̄ꝫ.
Joh. xiiii. Spm̄ deniq̄ꝫ ſu/
um pr̄i nouit ꝯmēdatiſſimū
ꝛ deitati vnituꝫ hypoſtatice
ꝛ benefice. Nō ḡ p ſe idiguit
hm̄oi recōmendatiōe. Uer/
bum illud cū maxio dolore
mortꝫ ꝓlatum eſt. q̄m ſic cla
mās expirat ꝛ expirādo cla/
mat. Nullius aūt mortal' vn
q̄ꝫ mors penalior fuit morte
xp̄i. nedū ꝓpt̄ horribiles pe/
nas p̄cedentes. aut vehemē
tem inclinatōem aīe nobi/
liſſime ad corpꝰ optime com
plexionatū. ꝓpt̄ quā triſtior
fuerat ſepatio. nec ſolū ꝓpter
triſticiā amiſſiōis vite nobi/
liſſime. de q̄ ſup̄ eſt. ſꝫ ex alia
ſigulari cauſa. Quis eñ in
ter oīes penas mors acer
biſſima ſit. q̄ꝛ inter oīa terri
bilia ē terribiliſſima. iii. ethi.
cap. xiiii. tñ in ip̄a aīe ſepati/
one dolor nō ſentit̄. eo q̄ pri
us deficit diſpoſitio neceſſa
rio requiſita ad ſentienduꝫ
q̄ꝫ ad animationeꝫ ſine qua

aīa ſeparet̄.p̄t em̄ aīa ad tp̄s
manere ī ſolo ope potētie ve
getatiue ꝟtutꝫ.vn̄ ꝑus ceſſat
vſus ſēſitiue.ꝛ ꝑ ꝯſeq̄ns ītel
lectiue.q̄ n̄ p̄t eſſe ī actu ſine
ꝟtute ſēſitiua.vt pꝫ.iij.ꝺ aīa.
ca.iiij.Necꝙ̄ꝙ̄ ſine fātaſmate
aīa ītelligit.Et.c.v.Non ſen
tiēs nihil vtiqꝫ addiſcit necꝙ
ītelliget.Sꝫ cū ſpeculet̄ ne/
ceſſe ē ſil' fantaſmalit' ſpecula
ri.i.repn̄tare.Null⁹ ꝗ hoīm
ſꝫm nate ꝯcurſū moriens in
ip̄a aīe ſepatōe potētiaꝝ co/
gnitiuaꝝ vſū hꝫ.iō tūc dolo
rē nō ſētit.vn̄ null⁹ amaritu
dinē mortꝫ cogſcere valet in
tuitiue.Aīa āt xp̄i ſic fuit in
ꝑfecto vſu ītelligēdi ī inſtāti
ꝯceptōis.ita etiā in ip̄a ſepa
ratōe.iō cogꝰuit ſe actu ſepari
a corꝑe ad min⁹ ꝑ ſpēꝫ infu/
ſam ꝛ oēꝫ corꝑis diſtraſiam
q̄d ſuꝑ oīa fuit penaliſſimū.
īmo ita penale ꝙ ſi in aliīs
morientib⁹ nō deficeret di/
ſpoſitio ad ſentiēdū req̄ſita
ꝑ poſſibile vel īpoſſibile tūc
ꝓpt' ei⁹ vehemētiā abſorberet
oēꝫ vſū cuiuſlibꝫ potētie co/
gnitiue cū h̄ ſepe faciat do/
lor minor.Sꝫ aīa xp̄i ab oī
abſorbitōe p̄ſeruata ē.vt di/
ſtinctiſſime ꝛ ita penaliſſime
oēꝫ ſētiret dolorē.Maxim⁹

ꝗ fuit dolor xp̄i ex morte.cu
ius ſilēꝫ nūꝙ̄ moriēs hō vl'
brutū ꝑcepit.hūc ꝗ magnū ꝛ
maximū doloreꝫ ī h̄ magno
clamore inſinuauit.Demō/
ſtrauit nihilomin⁹ h̄ clamo/
re valido.qꝛ non neceſſitate
ſed ſua volūtate morit̄ tāꝙ̄
habens poteſtatem ponere
animā ſuam in quo potētia
verbi aperte demonſtratur
Sicut ait Hieronim⁹.Di/
uine poteſtatis indicium eſt
emittere ſpūm.vt ip̄e quocꝫ
dixerat.Nemo poteſt tolle/
re animā meā a me.ſed ego
ponam eam a meipſo.et rur
ſum accipiaꝫ eam.Et Chry
ſoſtom⁹.Clamans voce ma
gna emiſit ſpūm.vt oſtenda
tur quia ſꝫm eius poteſtatē
id gerebat̄.ꝑ h̄ em̄ ꝙ moriēs
vocē magnā emiſit.apertiſ/
ſime ſe verum deū oſtendit.
quia hoīes cum ſic moriun
tur.vix tn̄ vocem emittunt.
clamare nō poſſunt.Et glo.
Nos cū nulla voce vel cum
ima morimur q̄ de t'ra ſum⁹
ille aūt cū exaltata voce expi
rauit q̄ de celo deſcēdit.Co
āt ꝯmēdatio ſpūs dn̄i ī ma/
nus p̄ris fuit vox illa mag/
na qua emiſſa expirauit.vt
dicūt Mathe⁹ et Marcus

Rabanꝰ ſup̄ Math. atꝫ Be/
da ſup̄ Lu. oñdunt ita dicē
tes. Quid hac voce magna
dixerit. Lu. aperte deſignat
di. Pr̄ i manꝰ tuas cōmēdo
ſpm̄ meū. ⁊ h̄ dicens inq̄t ex
pirauit. Qđ ꝓ̄o ſcribit Joh.
qꝛ cū accepiſſꝫ ih̄s acetū di/
xit. ꝯſūmatū eſt. ⁊ inclinato
capite tradidit ſpm̄. int̄ illđ
q̄d ait. ꝯſūmatū ē. ⁊ illud. in
clinato capite tradidit ſpm̄.
emiſſa ē illa vox mag̃ quā ta
cuit Joh. aliȷ̄ tres cōmemo/
rauerūt. iđ itez. i. ſc̄đo clamaſ
ſet vt dic̄ Math. Clamauit
ꝑmo Heli heli. clamauit ſe/
cūdo cū lacrimis. Pr̄ i māꝰ
tuas ꝯmēdo ſpm̄ meū. Hec
āt clamās voce mag̃. Joh. ⁊
inclinato capite. Lu. expira/
uit. nō qꝛ expirauit incliauit
caput ſꝫ ſua ſpōte ꝑus incli
nauit caput. ⁊ ſic emiſit ⁊ tra
didit ſpm̄. aīaꝫ. ſ. ſuā omniū
creaturaꝝ ſpūali ꝑfectōe no
biliſſimā. Sic fons vite i q̄
oīa q̄ facta ſunt vita erat Jo
han. j. Morit̄ ⁊ vt a morte ꝑ
petua nos reos liberaret ꝑ̄/
ciū chariſſimū cui vniuerſa
creatura ꝯpari nō p̄t innocē
tē ac ſctiſſimā aīaꝫ ꝓ̄ bo vnitā
tradidit deo pr̄i factꝰ ei obe/
diēs vſqꝫ ad mortē, mortem
aūt cruc̄. Cui ſit laus et gl̄a
⁊ imperiū cū eodē pr̄e ⁊ ſpū/
ſancto. cum quibꝫ viuit ⁊ re
gnat deus vnus per infini/
ta ſecula ſeculorum Amen.
Pater noſter.

Eya nūc ca
riſſimi intuemini
vite nr̄e auctorem
ꝓ nobis mortis ianuas in/
troire vt nos ad vite vias re
uocaret. Tradidit ſe rex ꝓ
ſeruo. iudex pro damnato.
moritur pro homine deus.
ꝓ creatura creator. crucifigi
tur innocens ꝓ nocēte. De/
mus et nos lacrimaꝝ flumi
na in tātis doloribꝫ moriēti
quoniā ip̄e prior dilexit nos
et lachrimatus eſt ꝓ nobis.
Doluit olim rex Dauid ſu/
per morte ionathe amici ſui
non pro ſe nec ſua occaſio/
ne morientis. ita cum plan/
gens. Doleo ſuper te frater
mi Jonatha. decorus ni/
mis ⁊ amabilis ſuper amo/
rem mulierū. Sagitta Jo/
nathe nunq̄ꝫ rediȷ̄t retror/
ſum. Quomodo cecidit for/
tis in bello. aquilis velocior
Leone fortior. i excelſis ſu/
is occiſus eſt. ij. Regū ꝑmo.

Et ecce plꝰ q̄ȝ ionathas hic.
Jonathas iterp̄tat̄ colūba
veniēs vl' dn̄i donatio. Ecce
verꝰ ionathas xp̄s nobis a
dn̄o donatꝰ ſic̄ Eſa. ꝯmemo
rat. c. ix. Puer natꝰ ē nob̄ ꝛ fi
liꝰ datꝰ ē nob̄. ſup quē veniēs
colūba viſa ē. Mat. iij. Jmo
ꝛ ip̄a colūba ſimplex ſine fel/
le. ꝛ h̄ nō p ſe ſȝ p nob̄ morit̄
Faciāꝰ ꝛ nos plāctū q̄i plan
ctū vnigeniti dicētes Doleo
ſup te dn̄s meꝰ ꝛ d̄s meꝰ. rex
meꝰ ꝛ defēſor meꝰ. mgr̄ meꝰ
ꝛ pr̄ meꝰ. imo ꝛ fr̄ meꝰ aman
tiſſime ih̄u amabil' vald̄ ſup
amorē vniuerſe creat̄e. Sa/
gitta tua nūq̄ȝ abijt r̄troꝛſū
Sagitte eīm̄ tue doctrīe tue
acute vald̄. qꝛ viuꝰ ē s̄mo tuꝰ
ꝛ efficax ꝛ penetrabilioꝛ om
ni gladio ancipite. ptīgēs vſ
q̄ȝ ad diuiſionē aīe ꝛ ſpiritꝰ.
Nec decliauit clipeꝰ tuꝰ d̄ bel
lo. Scuto gr̄e ꝛ bonevolun
tatis coꝛonaſti nos. Haſta
oꝛ̄onū tuaꝝ nō ē auerſa. q̄a
etiā p tranſgreſſoꝛib; oꝛaſti
vt nō p̄irēt. q̄ȝto magꝫ p aīcꝫ
Tu leōe foꝛtioꝛ. etem̄ tu leo
d̄ tribu iuda ſupaſti illū leo/
nē q̄ rugiēs circuit q̄rēſ quē
deuoꝛet. Tu aq̄la velocioꝛ
exultaſti vt gygas ad currē/
dā viā ad iplēdū myſteriū i/

carnatōis tue. Sane ſic aq̄/
la pūocāſ ad volādū pullos
ſuos expādiſti alas bꝛachio
rū tuoꝝ ī cruce ꝛ ſupuolitāſ
aſſumpſiſti nos et poꝛtaſti ī
hūerꝫ tuis in foꝛtitudīe tua
ad hītaculū ſcīm̄ tuū in do
mū familiaritatꝫ ac caritatꝫ
tue. vbi d̄ oue ꝛ dꝛagma pdi
ta ꝛ inuēta feciſti cōuiuiū aī/
cꝫ tuis. btiſſimis ſpiritib; fa
ciēs gaudiū d̄ pctōꝛe penitē
te. Et cū tal' ſis ꝛ tātꝰ ī excelſ
occideris. moꝛte turpiſſima
ꝯdēnarꝫ. Spūq̄ȝ ī manꝰ pa/
tris ꝯmēdato capite iclīato
expiras. Venite q̄ſo ꝯdolete
mihi oēs q̄ gaudere deſide/
ratꝫ ī dn̄o. Attēdite nr̄m ma
nu foꝛtē q̄uo ꝯtritꝰ ē. nr̄m de
ſiderabilē q̄ȝ miſerabilit̄ de/
foꝛmatꝰ ē. pacificū nr̄m q̄uo
in bello pemptꝰ eſt. Ubi ru/
boꝛ roſeꝰ. vbi cādoꝛ niueus
vbi in coꝛpe tā ꝯtrito decoꝛ
eximiꝰ Heu heu lux oculoꝝ
clariſſima cernitur exticta.
ſplēdoꝛ faciei diuiꝰ q̄i fuligo
ꝯtenebꝛatꝰ Expalluer̄t gene
amabiles. pēdent labia oꝛis
dulciſſimi. Exaruit p̄tꝰ oīs.
tremit effeto coꝛpe tēſa cutꝫ.
Sic ſpecioſū foꝛma p̄ filijs
hoīm. coꝛpꝰ exangue manet
ꝛ defoꝛmatum velut lepꝛoſi,

ac oīm nouiſſimi viroꝝ. Ue
ve pctīs hoīs q̄ te innocen/
tiſſimū dn̄m occidert̄. Ego
eī debui ꝛ tu ſoluiſti. ego pec
caui ꝛ tu pctā mea ī corpore
tuo ſup lignū portaſti. Ego
ſū filiꝰ mortꝭ ꝛ tu vt me viui
fices vitā tuam p̄cioſiſſimā
tradidiſti. Merito doleo ac
inceſſantes lacrimas fūdo.
ſꝫ ꝓ me magꝭ nō ꝓ te qm̄ et
ſi foris denigrarꝭ. manet ti/
bi intꝰ formoſitas tua integ̃.
q̇ es ſplēdor pr̄ne gl̄ie et lux
claritatꝭ et̄ne. Merito inge
miſco ꝛ ſingultuoſ vocibus
mortē dn̄i mei plāgo. quam
etiā inſenſibilia elemēta fer/
re nō poterāt. ſꝫ ꝓ creatoris
ſui caſu ſe caſura indicijs q̇/
bus poterāt demōſtrabāt ꝛ
minitabant. Nā Math. Et
ecce velū tēpli ſciſſū ē ī duas
ptes a ſūmo vſq̧ deorſū. Et
terra mota ē. ꝛ petre ſciſſe ſ̄t
ꝛ monumēta apta ſūt. ꝛ mul
ta corpa ſctōꝝ q̇ dormierūt
reſurrexert̄. nō tunc qn̄ mo/
numēta apta ſūt. ſ. hora mor
tis xp̄i. ſꝫ poſtea qn̄ reſurre/
xit tūc cū eo ſurrexert̄ tanq̧
teſtes ſue reſurrectionis. vt
vult Hiero. Ut ſic xp̄s eſſet
p̄mogenitꝰ reſurrectōnis ex
mortuis. ꝓpter q̇d in Apoc̄.
dr̄ p̄mogenitꝰ mortuoꝝ. et .j.
Coꝝ. xv. Chriſtus ſurrexit
a mortuis p̄mitie dormien
tium. Et h̄ eſt q̇d ſubdit̄. Et
exeuntes de monumentꝭ pꝰ
reſurrectōem eiꝰ. venerūt in
ſanctā ciuitatē ꝛ apparuerūt
mlt̄ꝭ. De hac electoꝝ turba/
tione ait Leo ſer. qui incipit
Exigit fides. Emittēte ſpm̄
xp̄o oīa elemēta tremuerūt.
denſis tenebris ſplendor ſo
lis obducꝰ extraordinarie
nocti ſubdidit diē. Stabili
tatē ſuā terra ꝓfundis ſuis
ↄcuſſiōib; labefacta non te/
nuit. ꝛ petraꝝ firmitas con/
fracta ſoliditate diſſiliuit.
veluꝫ tēpli q̇ p̄oris myſteria
tpis nō erant vlteriꝰ obum/
branda diſciſſū eſt. Et mul/
toꝝ ſctōꝝ corpib; excitatis
ad p̄ueniendā reſurrectiōis
fidem monumēta patuerūt
In vos g̊ o iudei celū et ter/
ra ſnīaꝫ tulit. vobis ſol ſerui
tutem ſuaꝫ dieſq̧ ſubtraxit.
vobis famulatū ſuū electo/
rū ordines denegarūt. ꝛ re/
cedente a legib; ſuis miniſte
rio creat̄e vr̄a obcecatio vr̄a
eſt ſignificata confuſio. Uo/
bis em̄ dicētib;. ſanguis eiꝰ
ſup nos ꝛ ſup filios noſtros
merito hoc retributū eſt, vt

q̄d vr̄i generꝫ ipia ꝑdiderit
portio.aſſeq̄t̄ h̄ fidel' gentiū
plenitudo Cur ñ ꝯpatemur
nos fide xp̄i ībuti cū ꝛ gēti/
les his auditꝫ ꝯuerſi dn̄o cō
patiūt̄. Math. Cēturio em̄
ꝛ q̇ cū eo erāt cuſtodiētes ie/
ſuz.viſo tremotu ꝛ his q̄ fie
bāt timuer̄t valde. Marc⁹.
Et vidēs centurio ꝙ ſic cla/
mās expiraſſ3. Lu. Glorifi/
cabat dn̄m dicēs.v̄e h̄ hō iu
ſtus erat. Mat. Mar. v̄e h̄
hō fili⁹ dei erat. videbat em̄
ſm̄ Hiero.ꝙ illa vox ñ pote
rat formari natalit̄ ab hoīe
ſic ꝓpinq̄ morti.iō ꝯcluſerat
qᷓ formata eſſet ſupnatalit̄
v̄tute diuia.ꝛ ꝑ ꝯn̄s eū q̇ for
mauerat eē deū. Et aug. Cū
p⁹ illā vocē cōtinuo tradidit
ſpm̄ .h̄ maxie q̇ aderāt ſunt
mirati.lōga ei morte crucia
bāt̄ ī lig̊ ſuſpēſi. Erat āt cen/
turio ille ait Ber.incircūci/
ſus ſ3 nō aure.q̇ ad vnā expi
rantꝫ vocē ſub tot infirmita
tū indicijs dn̄m maieſtatis
cog̊uit. Jero. Nō ꝯſpexit qᷓ
vidit.q2 credidit qᷓ non vi/
dit.ñ credidit ex eo qᷓ vidit
ſ3 ex eo qᷓ audiuit .q2 fides
ex auditu ē.audit⁹ āt ꝑ v̄bu3
xp̄i. Et in ſer.ij.de ephia ait.
Cēturio vitā cog̊uit ī morte
ſūmū ſpm̄ in exſpiratōe .nec
tn̄ ſol⁹ centurio. Lu. Et oīs
turba eoꝝ q̇ ſiml' aderāt ad
ſpectacu lū iſtō. Simon de
caſſia.li.xiij. A ſcl'o inq̇t vſq
ī ſcl'm ñ fuit tale ſpectaculu3
q̊ tāt⁹ talit̄ morereť. Specta
culū magnū inq̊d deſup pr̄.
de terrꝫ mr̄.angeli ꝛ demōes
homīes viui ꝛ mortui.p̄iar
che ꝛ ꝓphe.amici ꝛ emuli va/
ria intentōe ſpectabāt. Tur/
ba g̊ q̄ ſil' aderat ad ſpecta/
culū.ꝛ videbat q̄ fiebāt.ꝑcu
tiētes pectora ſua r̄uertebāt
penitētes.ſ.ꝛ dolētes de xp̄i
iniuſta occiſiōe. Fuer̄t illi
vt dic̄ Lyra.q̇ a ꝑitꝫ decepti
fuerant. Nā ꝛ ꝑiti obdurati
nec viuēti nec mortuo ſt̄ cō/
paſſi. Hinc Amb.ſup Lucā
Deniq iā etiā cēturio dei fi
liū quē crucifixerat ꝯfitetur
O duriora ſaxis pectora ſ3
hoꝝ corda durāt̄ .iudex ar/
guit.credit miſter . proditor
ſcel⁹ ſuū morte ꝯdēnat . ele/
mēta fugiūt .terra ꝯcutitur.
monumēta reſerāt̄ .iudeorū
tn̄ īmobil' duricia manet or
be ꝯcuſſo. Et Beda. Quan
ta g̊ cecitas iudeorū q̇ tot ꝑ
dn̄m v̄tutib⁹ factꝫ.tantis in
morte ei⁹ apparentib⁹ ſignis
credere reſpuer̄t.ꝛ inſenſibi/

lioꝛes gẽtibꝰ dñm glorifica/
re vl' timere ↄtẽpſerũt. Lu.
Stabãt ãt omẽs noti eius.
Math. et mulieres multe a
lõge q̃ ſecute erãt ihm a gali
lea miniſtrãtes ei. Mar. De
lõge aſpiciẽtes. Lu. Et h̃ vi
dẽtes. Matth. Jnt̃ q̃s erat
maria magdalene. et maria
iacobi. ⁊ ioſeph mr̃. ⁊ maria
ſalome. Math. mater filio/
rum zebedei. Mar. Et alie
ml'te q̃ ſil' cũ eo aſcenderant
hieroſolimam. Noti dñi ſta
bãt a lõge. dicit Simon de
caſſia. coꝛpe. mag; tñ mente
deficiẽte fide in deitate ma/
nẽte. qꝛ de carne ſpũs abſceſ
ſerat. vt nõ crederet idẽ vi/
uẽs et moꝛiẽs xp̃s. q̇ q̃uis i
aia et coꝛpe diuideret ad tẽ/
pus. deitate ſp idẽ exiſtẽs in
nll'o mãebat diuiſus. Mu/
lieres ꝟo he ſeq̃bãt xp̃m. cui
tanq̃ paupi vite neceſſaria.
q̇bꝰ egere voluit miſtrabant
de ꝓpꝛijs facultatibꝰ. ſperã/
tes bonoꝝ xp̃i et collegij eiꝰ
eſſe ꝑticipes ⁊ liberari a ma
lis. Audierãt eñi magnam
elemoſinã foꝛe ꝟtutẽ. ⁊ ip̃az
deberi paupibꝰ nõ diuitibꝰ
rõ eis iuſticie ſuadebat Sũ
mã aũt in xp̃o nouerãt pau/
pertatez. cui nulla poſſeſſio.

nulla domꝰ nõ cenſus ex lu/
cro. nõ firmata vita ex ſubſi
dio nobiliũ ſeu diuitũ ami/
coꝝ. Et ip̃e paup magis ſu/
mebat a paupibꝰ opem. Nũ/
uis ſi diuitẽ aut nobilez ali/
quẽ adijt. non opẽ ſed fidem
querebat. Necnõ ⁊ ille mu/
lieres archimatrẽ ꝟginẽ ve/
rebant quã videbãt ſup om
nes feĩas ꝟtutũ oĩm clarita
te pollentẽ. Merito h̃ virgo
mr̃ qꝛ mulier ſeq̃ndi filij ali/
is mulieribꝰ p̃bebat audaci
am. Soꝛoꝛes ꝟo ꝟginis ip/
ſam ſequebant de xp̃o filio
ↄgratulãtes ei. qꝛ tãta pꝛole
videbãt ip̃az dotatã. nũc ꝟo
ↄdolẽtes eidẽ. qꝛ vnico filio
ꝓuabat. ⁊ etiam filios ſeque
bant cum xp̃o. q̇s omnes vi
debant oĩa relquiſſe. atq̃
xp̃m carne ꝓpinquũ vita et
moꝛibꝰ ſubſequẽtes. quoꝛũ
amoꝛ etiam alliciebat ⁊ ma/
[illegible] cauſa le/
quele in ſoꝛoꝛibꝰ ꝟgĩs. q̇uſq̃
deſup ſpũſſanctꝰ eaꝝ aĩabꝰ
illuxit. ⁊ retraxit hũana om/
nia ad diuina. vt in ſpũalem
affectionẽ tranſirz oĩs hu
manus amoꝛ Diſcipula etiã
magdalena que xp̃m arden
tius amabat poſt matrẽ nõ
deerat paſſioni. q̃ tam altas

a xp̄o affectōes ī mēte ſuſce/
perat. Seq̄bat̄ ipſa mgr̄m
dn̄m atq dilectū ⁊ ſuā mr̄ez
quā p⁹filiū ī dn̄az ⁊ matrem
aio ⁊ rei v̄itate ſuſcepat Hec
Simon. Stabāt q̄dem he
mlīeres a lōge.ſʒ mr̄ dn̄i ꝓpe
Uerūtn̄ ⁊ de ipis Jo.ait.q̄a
ſteterīt iuxta crucē. quia ſm̄
Ly.ſup Mat.poſt Aug.erāt
lōge.reſpectu militum xp̄m
crucifigentiū ⁊ cuſtodientiū
ſʒ ꝓpe reſpectu alioꝝ aſtātiū
nō em̄ erāt ita lōge q̄n poſ/
ſent eū audire loq̄ntē.qn̄ di/
xit mr̄i ſue. Mulier.ecce fi/
li⁹tu⁹. Poſſum⁹tn̄ vt Rabā⁹
ait ſup Math.ītelligere ꝙ il
le q̄ ſil̄ aderāt cum mr̄e dn̄i
poſtq̄ʒ eā diſcipulo ꝯmēda/
uit.abire cepant.vt a dēſita/
te turbe ſe eruerēt.⁊ cetera q̄
facta ſūt lōgius intuerēt̄.vt
ceteri euāgeliſte q̄ p⁹mortez
dñi tac ꝯmemorauerīt iā lō
ge ſtātes ꝯmemoraret. Hec
Raban⁹ Ecce k̄mi q̄les dn̄o
mūdi exeq̄as agūt.nō reges
nō p̄ncipes.nō h⁹mūdi ma/
gnates vniuerſoꝝ p̄ncipem
deplorāt ſʒ pauce mulīercu
le. De q̄ Simō de caſſia ait.
Uide proceres ⁊ magnates
dn̄m mūdi tā turpiter mor/
tuū lamētantes. vide p̄nci/
pes ꝯuenlētes ad fun⁹. vide
aſſiſtētes reges tāto dn̄o ex/
pirāti. Stātes a lōge noti ⁊
mulieres dn̄m mortuū fune
raliter plorāt.verūtamen ꝙ
ſeui hoīes nō agūt inſenſibi
lia cūcta pficiūt. Et q̄d tunc
actū nō ē a pfidis.vſq ad fi/
nē h⁹ſclī agere nō ceſſant de
uoti fideles in ꝯpaſſiōe cor/
dis. Ad h̄ ipm nācq ⁊ mō cō
uenim⁹ad audiēdū h̄ et his
ꝯpatiendū q̄ pferre ꝑ nobiſ
dignat⁹ē dn̄s.nedū viu⁹ ſed
⁊ mortu⁹ Uitā em̄ hūanam
xp̄i mors volūtarie aſſūpta
terminauit.ſʒ paſſionē non
finiuit.qm̄ quē viuū pſecuta
eſt inſatiabilis peſſimoꝝ fu/
ria.pſequit̄ ⁊ mortuuʒ.recte
inſatiabilis.qꝛ ſic non viuo
ita nec pcere nouerat mor/
tuo. Nā referēte Joh.iudei
qm̄ paſceue erat.i.dies vene
ria.i.cui⁹ veſpa īcipit ſolēni/
tas ſabbati vt nō remanerēt
in cruce corpa ſabbato.erat
em̄ h̄ indecēs i tāta ſolēnita
te. Erat aūt magn⁹ dies ille
ſabbati.ſ.paſcalis.nā ſolēni/
tas ei⁹ duplicabat̄ ꝓpt̄ octa/
uā paſce ꝯcurrētē. Rogaue/
rūt pilatū vt frāgerent̄ eoꝝ
crura.quatin⁹ ſic mortui de
ponerēt̄ de patibulis.vt vel

ſic viderēt legiſ obſuatores.
q̄ ait Dñ peccauerit hō ꝙ ſit
morte plectēdꝰ. ⁊ adiudicatꝰ
morti appēſus fuerit in pati
bulo. nō ꝑmanebit cadauer
eiꝰ in lig̃. ſ3 eadē die ſepeliet.
qr maledictꝰ a deo ē oīs qui
pēdet i lig̃ Deutro. xxj. Ve
rū licet allegabāt ꝑſidi reue
rentiam ſabbati. in corde tñ
mag̃ malicia tenebāt. vt dic̄
Simon de caſſia. Siq̄dez
ne ꝓpt ſig̃ facta xp̄o moriēte.
in ſabbati q̄ete tumultꝰ ꝓpl'i
naſceret. ⁊ ex viſo i cruce cor
pore turba facile mobil' mo
ueret. putauert ad illō corpꝰ
reuerentiā fieri ꝓpter ſig̃ ter
rētia. Jā eñ videbāt in reli
gionē ꝯuerſos xp̄i crucifixo
res. et intuebāt vultꝰ hoīm
⁊ mulieꝝ ſignoruz nouitate
mutatas. ⁊ in vulgo ꝟba tre
mētia reſonabant velut ma
ioꝝ maloꝝ ꝑſagia futuroꝝ.
Ex q̄ mali pauefacti iudei
magiſ q̄3 reuerētia ſabbati vo
lebāt ꝙ frāgerēt crura latro
nū vt tali mortui acerbitate
penaꝝ ſil' cū xp̄o iā mortuo
tollerēt. vic3 ab aſpectibus
hoīm ne corpi xp̄i reuerētia
fieret pietate turbaꝝ. Vene
rūt ḡ milites ⁊ ꝑmi q̄dē fre
gerūt crura ⁊ alteriꝰ q̄ cruci
fixus eſt cū eo. Fuerunt ſm
Ni. de Ly. duo milites cru
rifractores ⁊ vnꝰ fregit vniꝰ
latronis ex vna parte. ⁊ alter
crura alteriꝰ ex altera parte.
Et ſic ambo venerūt hinc et
inde ad ihm q̄ erat crucifixꝰ
in medio. Ad hūc ḡ ihm cū
veniſſent vt viderūt eū iam
mortuū nō fregerūt eiꝰ crura.
qr crurifragiū nō fiebat niſi
ad h̄ vt euadere nō poſſent
depoſiti de patibul'. Veꝝ ꝙ
xp̄i crura fracta non ſint di
uina ꝓuidētia factū ē. Cuiꝰ
rei figura in agno ꝑceſſit. de
q̄ dictū eſt. Os nō cōminue
tis ex eo. Exo d. xij. Agnꝰ eñ
paſcalis figura fuit exp̄ſſiua
paſſiōis xp̄i. ideo diuia ordi
natione cōſtitutū eſt vt oſſa
agni paſcalis nō frangeren
tur. ſicq3 figura ⁊ ꝟitas cor
reſponderēt Alioq̄n qūo pa
tentibꝫ pepciſſent cruribus
q̄ cor nō patens ſed in corpe
abſcōſum dira lācea q̄ſierūt
Vñ ſeq̄t. S3 vnꝰ militū lan
cea latꝰ eius aperuit. Crude
litati maior ſp ſuccedit cru
delitas. ⁊ ex occiſoꝝ parte i
humana feritas. ex pte vero
occiſi māſuetudo patientia
ac ſumma charitas apparet.
Nec3 eñ mortuo illi corpo

ri aliq̄d īferri potuit q̄d xp̄s
nō voluit. qd̄ ad nr̄aꝫ ſalutē
non ꝑordiauerit. qm̄ ⁊ ſi cor
pus mortuū erat. vixit tn̄ i/
mortal' deitas a corꝑe mor/
tuo nullaten⁹ ſeꝑata. Mag̃
g̃ crudelitas fuit talē ac tan/
tū bn̄factorē innocentē tali
morte turpiſſima ⁊ penaliſſi
ma occidere. Sꝫ maior feri
tas corp⁹ iā mortuū fruſtra
vulnerare. Hinc Chryſoſt.
Aperuerūt inq̄t ei⁹ coſtā lan
cea. ⁊ mortuo corꝑi de reliq̄
ꝯuiciātes. In mortuū enim
corp⁹ ꝯuiciari militē multo
deterius fuit q̄ꝫ crucifigere.
Nec mirꝫ ſi em̄ deteſtabilior
eſt ſpoliatio mortuoꝝ q̄ꝫ vi/
uoꝝ. ꝓpt̄ q̄d etiā g̃ui⁹ puniūt̄
ſm̄ leges. ita ⁊ mortuoꝝ cor
poꝝ vulneratio maiorꝭ feri/
tatꝭ ē indiciū q̄ꝫ viuoꝝ. lācea
uit āt dn̄m miles lōgin⁹ no/
mine ob fauorem inuidie iu
deoꝝ. tunc crudel' et impius
poſtea ꝯuerſus ⁊ martyr fa
ctus. Nā refert̄ ꝙ cū debileꝫ
habuiſſꝫ viſū. ſanguinis xp̄i
gutta a lācea defluēte ocl'os
caſu tetigit. ⁊ ꝓtin⁹ illuīatus
clare vidit. vn̄ in xp̄m credi/
dit ⁊ militie cedēs īſtructus
ab ap̄l'is ī ceſaria capadocie
xxviij. annis mōaſticā vitā

duxit. ⁊ in om̄i ſctītate ꝑma
nēs. vbi etiā v̄bo ⁊ exemplo
mltos ad xp̄m ꝯuertit. De q̄
etiā Iſid. ita dic̄. Lōgin⁹ la/
tus ſaluatorꝭ aperuit. ⁊ non
tm̄ veniam inuenit ſꝫ epiſco
pat⁹ honorē ⁊ martyrij coro
nam ꝓmeruit. Aug⁹. etiā ait
Lōgin⁹ aperuit mihi latus
xp̄i lācea. ⁊ ego ītraui ⁊ ibi re
quieſco ſecur⁹ ⁊c̄. Facta ē āt
lāceatio ſm̄ Remigiū ⁊ Da/
maſcenū h̄ mō. vt nō trāſuer
ſaliter lācea īfigeret̄ inter co
ſtas vt cōiter pictores figu/
rāt. ꝓut etiam altitudinē xp̄i
pēdentꝭ ꝯſiderāti ſatꝭ patet.
Sꝫ ī mollicie ſub coſtꝭ dex/
teri laterꝭ īfixa lācea ī corꝑe
impetu lāceantꝭ aſcēdit vſq̄ꝫ
ad cordis amariſſimi tranſ/
fixionē. Vn̄ maīfeſtū eſt lan
ceā ī corꝑe dn̄i duaꝝ palma
rū menſura ꝓfundataꝫ eſſe
ꝓpter q̄d euangeliſta n̄ dixit
lancea latus eius ꝑcuſſit. vl'
vulnerauit. ſꝫ aꝑuit. vt ꝓpt̄
vulnerꝭ magnitudinē nō tā
vuln⁹ fuiſſe q̄ꝫ oſtiū apertuꝫ
ad cor ſupbn̄dictū putaret̄
⁊ eſſet. Hinc etiā dn̄s ip̄e h⁹
vulnerꝭ magnitudineꝫ īuit
dū poſt reſurrecōꝫ dubitāti
thome oſtēdit vulnera ma/
nuū pedūq̄ꝫ ⁊ laterꝭ dicens.

Infer digitũ tuũ huc et vi/
de manꝰ meas. ⁊ affer manũ
tuã. nõ dixit digitũ. ſʒ manũ
totã. ⁊ mitte ĩ latꝰ meũ. Mag
lateris aptura in quã manꝰ vi
ri potuit mitti. Et ꝗuis xp̃s
ex hac lãceatiõe nullũ ĩ cor/
pore exanimi dolorẽ ſenſit.
ↄuitiuʒ tñ hẽ ⁊ vulneratio ac
crudelitas xp̃o illata dr̃. q̇a
q̇cq̇d mortuis corpibꝫ ĩfert.
ad eos ptinet q̃ꝝ corpa fue/
rũt nõ minꝰ ꝙ ſi viuerent. vt
dicit Ludolphus carthuſ.
Uer ꝙd nõ ſenſit ĩ mortuo
corpe. ſenſit ⁊ paſſus ẽ in be
nedicta ac dilectiſſima mr̃e
pñte. ⁊ hãc crudeliſſimã vul/
neratiõeʒ mortui corpis la/
crimoſis oculis intuente. in
quã totiꝰ dolorꝫ torrẽs mor
tuo deſeuit filio. De q̃ beatꝰ
Ber. in ſer. q̇ incipit Signũ
magnũ. ſup̃ allegato. Uere
tuã mr̃ aiaʒ o btã gladiꝰ per/
trãſiuit qñ crudelis lancea
filio iam mortuo latꝰ apuit.
Alioq̇n nõ niſi eam ptrãſiẽs
carnẽ filij penetraret. Et q̇/
dẽ poſtea ꝙ emiſit ſpm̃. tuꝰ
ille ihus. omniũ q̇dẽ. ſpẽalit
tuus ipſiꝰ. plane crudel lan/
cea nec mortuo parcens. cui
nocere non poſſet latus ape
ruit. ſed etiam vtiq̃ animaʒ
pertranſiuit. ipſius nimirũ
anima iam ibi non erat. ſed
tua plene nequibat auelli.
Tuam ergo pertrãſiuit ani
mam vis doloris vt plus te
ꝙ martyrem non immerito
predicemus. in qua nimirũ
corporee ſenſum paſſionis
exceſſit compaſſionis affe/
ctus. Hec Bern. Neſcio ſi
in aliquo paſſionis xp̃i arti/
culo triſtiſſima mater inten/
ſiori dolore repleta fuerit. li/
cet in omnibꝫ intẽtiſſime do
luit ꝙ nũc dum inimico fu/
rori omnis pena filio viuẽti
⁊ morienti illata minor erat
vt etiam mortuũ extinctũq̃
corpus crudeliſſimo vulne/
ne vſq̃ ad cordis lachrytma
tionem diſſecarent. Torrẽs
paſſionis in matre ſola fluc/
tuabat. que p̃us ⁊ filiũ ⁊ ma
trem ꝑfluebat. Figurata fu
it hẽ lateris xp̃i aperta ĩ oſtio
in latere arche facto. ꝑ quod
fuit introitus ad vitam eoꝝ
q̇ p̃ſeruati fuerãt a diluuio.
ꝑ quod quicũq̃ nõ intrauit
inundante diluuio perijt.
Beñ. Ita in hꝰ lateris aptiõe
patent oĩa myſteria vite q̃
modo ꝓſequenda non ſunt
dũ ſolam ſequimur hiſtoriã
licet ⁊ in hoc manifeſtantur

ꝙ apto lácea late. ꝯtinuo ex/
iuit ſáguis ⁊ aq̄. haud dubiū
q̄n ſanguis ī p̄ciū redēptōis
aq̄ ī lauacꝝ regeneratōis vt
dic̄ Aug⁹. ſup Jo. Exiuit āt
ſáguis pur⁹ q̄ fuit ver⁹ et na/
turalis licȝ forte efflux⁹ eius
de corpe mortuo fuerit mi/
raculoſus Nō em̄ p̄t ſáguis
fluere de corpe mortuo iam
refrigidato. in q̄ magꝭ ꝯgela
tur q̄ȝ fluat. Verū vtꝝ tunc
xp̄i corp⁹ mortuuȝ fuerit ita
infrigidatū vt ſáguis in eo
remanēs naturalr̄ ꝯgelaret
an nō. dubiū ē. ac ꝑ ħ manet
dubiū ſi ſáguis ille xp̄i ver⁹
⁊ natalis effluxerit naturali
ter an miraculoſe. ⁊ aq̄ pura
⁊ vera nō humor aq̄tic⁹. qui
ſm Ni. d̄ Ly. miraculoſe ex/
iuit. Exiuit āt ſm Simonē
de caſſia. aq̄ nō cū ſanguine
mixta ⁊ indiſtincta. neq̄ȝ em̄
potuiſſȝ ab aſpiciētib⁹ ꝯp̄hē
di ſi mixta cū ſaguine fluxiſ
ſet. nec etiā diſp̄ita vena. vt
diuiſa vena ſáguis ab aq̄ ve
na eadē hora ſil'r ex eodeȝ fo/
ramine fluxiſſet. Sed ilico
apto latere prius exiuit ſan/
guis in menſura determina
ta. ſoli deo cognita ſȝ nō no/
bis. aut forte intus ſanguis
effluxit ex illo diuino corpe

in ſignū toti⁹ amoris effuſi.
Deinde aq̄ alto miroq̄ȝ my/
ſterio. Hec Simō de caſſia.
Naliter tn̄ aq̄ poſt ſacroſā/
ctū ſanguinē effluēs ſignuȝ
eſſe potat totalis effuſionis
ſanguis xp̄i. Ex q̄ iteꝝ pȝ in
ſatiabil'r ſanguinea ſitꝭ canū
ipſiſſimoꝝ null⁹ in eis īuidie
mod⁹. nulla cohibitio. nulla
nepharie ſitꝭ ſacietas donec
totū ſanguinē effūderent ag
ni innocētꝭ ⁊ imaculati. Ec/
ce ad ſatiſfaciēdū rabido eo
ruȝ furori. flagellis ⁊ ſpinis
iuſſu Pilati oīs ſanguis in
minoribus venis intercuta
neis effuſus eſt. vt viſo ſan/
guine quē ſitiebāt ſatiati q̄e
ſcerēt ab ipſa iuſti ꝑſecutōe.
Sȝ beſtijs ferociſſimis am
pli⁹ accēſi clamāt Tolle. tol
le. crucifige crucifige. vt ſic
ſanguis eius ex maioribus ve
nis ⁊ p̄ncipalib⁹ effundatur
Qd̄ ⁊ factū eſt. dū in q̄ttuor
locꝭ neruoſis manib⁹. ſcȝ et
pedib⁹ vbi vene oēs ꝯcurrūt
dn̄m ꝑforarūt et q̄tuor ſan/
guinis flumina manare cru
deliter coegerūt. Et quē ter
ra ſuſcipe ꝯtremuit. ſol aſpi/
cere nō potuit. q̄ deniq̄ȝ ſaxa
ſcidit. velū diuiſit. ſatis du/
riora pectora nᶜ ſatiare nec

mollire aliq̄ten⁹ valuit. La/
tuit adhuc modicū ſanguis
in cordꝫ ſaluatorꝭ. q̄ nec ſpi/
ne nec flagella. nec claui ꝓfū
diores ꝑtigere poterāt. hūc
ſilr̄ fūdere feſtinarūt ac lan
cea crudeliore cordis ītima
īmani vulnere penetrāte eli
cere nō ceſſarēt. Et ne forte ī
credibil' alicui videat̄ tanta
crudelitas in hoīe. nos certi
ficādo euāgeliſta duplici vti
tur teſtimonio. expꝛientie. ſ. ⁊
ſcꝑture dicēs. Et q̄ vidit te/
ſtimoniū ꝑhibuit. ſ. ego ipe.
Nā de ſe loq̄t̄ vt de alio mo
re ſcꝑture. Et ſcim⁹ qꝛ verū
eſt ei⁹ teſtimoniū. ⁊ ille ſcit qꝛ
vera dicit. vt ⁊ vos credatis
Quo ad ſcd̄m ſeq̄t̄. Facta ſūt
eīn̄ h̄ vt ſcꝑtura ipleret̄ Exo.
xij. Os nō cōminuet̄ ex eo.
Et iterꝫ alia ſcꝑta Zach. xij.
dic̄. Videbūt in quē trāſfixe
rūt. Ut āt nō accipit̄ cauſali
ter ſꝫ ꝯſecutiue. nō eīn̄ quia
ſcꝑtū eſt. ideo factū. ſꝫ qꝛ fu
turū ideo ſcꝑtū Ecce patuit
ex ꝑte hiſtorialit̄ queādmo/
dū oēm iniq̄ volūtatꝭ rabiē
ꝑfidiſſimi iudei omī ſemoto
miſeratōis affectu obliti. q̄a
toti⁹ hūanitatꝭ natali māſue
tudie beluina feritate in nul
lo ꝑcentes innocētiſſimo ac
mitiſſimo agno oīa patiētiſ/
ſime ſine vlla ꝯdictione imo
ſumma cū dilectione ſuſtinē
ti dn̄o ih̄u. ꝑ pilatū eorꝫ vo/
lūtati tradito expleuere. Ex
q̄bꝫ apparere pōt aliq̄ten⁹ ſa/
cratiſſime paſſionis acerbi/
tas. licet plurima ad idē de/
ſeruiētia omiſſa ſint. q̄ anīa
deuota in dn̄i vulneribꝫ q̄ſi
colūba in petre cauernulis
ꝑ deuotam meditatōem ha
bitans poterit inuenire. Et
tantū de ꝓma ꝑte ꝓncipali.

Scd̄a ꝑs ꝓncipal' ſeq̄t̄.

Aſpolti ſ oi

A lectiſſimi tot ⁊ tantꝭ
q̄ paſſus eſt mundi
creator ⁊ dn̄s a tot ⁊ tantis
in eū impie ſeuiētibꝫ. q̄bꝫ ꝓ
tot ⁊ tantꝭ ꝑpetue dānatōis
infelicibꝫ penis pctīs noſtrꝭ
innūerabilibꝫ debitꝭ diuine
ſatiſfaceret iuſticie. ſummo/
pere caueam⁹ ne aliq̄n̄ eorū
tanq̄ꝫ ingratiſſimi obliuiſca
mur. Sed tenaci memorie
indelibiliter impꝛimam⁹. q̄ti/
nus vulnera illa ſāguis. vn
da. ipā mors amariſſima. ſꝑ
nobis preſto corda noſtra ī
deſinenter irriget. duriciam
eius tollat. liq̄faciat. atq̄ꝫ int

aduerſa ꝛ pſpa ducatū tutiſ
ſimuꝫ nob̄ pſtent ne i pſperꝭ
vana efferamur leticia. paſſi
one dn̄i meditata. nec in ad/
uerſis nimia deñciamur tri
ſticia. viſa maioꝛe redēptoꝛꝭ
nr̄i p nob̄ amaritudine tole
rata. Ad q̄d nos hoꝛtaꝛ bea
tus Ber. hꝰ paſſiōis medita
toꝛ deuotiſſimꝰ. ſer. xliiij. ſup
cātica ita dicēs. Tu q̄ꝫ ſi ſa/
pis de pncipali tui pectoꝛis
nec ad hoꝛaꝫ patierꝭ auferri
amara illa oīa q̄ p te redem/
ptoꝛ tuꝰ ptulit. ſꝫ ea ī memo
ria retinēs ꝛ aſſidua medita
tione reuoluēs. q̄ poſſis di/
cere et tu. Faſciculꝰ mirrhe
dilectꝰ meus mihi. int vbera
mea ꝯmoꝛabiꝛ. Et ſeq̄ꝛ. Et
ego frēs ab ineunte mea cō/
uerſatōe p aceruo meritoꝝ.
q̄ mihi deeſſe ſciebā. hūc mi
hi faſciculū colligere ꝛ inter
vbera mea collocare curaui
collectū ex omnibꝫ amaritu
dinibꝫ ꝛ anxietatibꝫ dn̄i mei
Et ītra mēoꝛiā abundantie
ſuauitatꝭ haꝝ eructabo q̄ad
vixero. ī eternū n̄ obliuiſcar
miſeratōes tuas. q ī ipis vi/
uificaſti me. Et ſeq̄ꝛ. Mihi
h̄ ſalutarꝭ faſciculꝰ ſeruatꝰ eſt
nemo tollet eū a me. int vbe
ra mea ꝯmoꝛabiꝛ. Hec me/
ditari dixi ſapientiaꝫ. in his
pfectōꝫ iuſticie ꝯſtitui. ī his
plenitudinē ſcie. ī his diuiti
as ſalutꝭ. in his copias me/
ritoꝝ. Ex his mihi interdū
potꝰ ſalutarꝭ amaritudis. ex
his rurſuꝫ vnctio ſuauis cō
ſolatōis. Hec me erigunt in
aduerſis. in pſperꝭ repmūt.
et int leta triſtiaq̄ꝫ vite pre/
ſentꝭ via r̄gia incedenti tutū
p̄bent vtrobiq̄ꝫ ducatū. ꝛ ſe/
quiꝛ. Hec interim mea ſub/
limioꝛ ph̄ia ſcire ih̄m xp̄m ꝛ
hūc crucifixuꝫ. Nō req̄ro ſic
ſpōſa. vbi recūbet ī meridie.
queꝫ letꝰ amplectoꝛ mea int
vbera ꝯmoꝛātē. Nō requiro
vbi paſcat in meridie quem
intuoꝛ ſaluatoꝛē ī cruce. Ue
rū ſi oīa q̄ dicta ſunt ꝛ pl'a q̄
dicta nō ſunt. omia tū a xp̄o
paſſa cōſeruare nō poſſumꝰ
velut longe ſub ea q̄ oia v̄bi
eiꝰ imo ꝛ facta ꝯſeruabat cō
ferēs in coꝛde ſuo ſaltē cōſi/
lio ſponſe ex mlꝭ colligamꝰ
faſciculū mirre. ipſūq̄ꝫ intra
vbera nr̄a in pectoꝛe medio
collocemꝰ. i. de paſſiōe dn̄i x
pūctꝭ pncipalibꝫ q̄ſi ſummā
breuē colligamꝰ. vt ſic ama/
ritudinē dn̄ice paſſionis fa
cilius memoꝛemur. Paſſio
ḡ dn̄i maxia int oīs hꝰ vite

paſſiões ſm ꝓphe vaticiniuꝫ
O vos oẽs q̇ trãſitꝭ ꝑ viã ꝛc.
tã extẽſiue q̄ꝫ intẽſiue colligi
ita pt. Erat q̇ppe maxia extẽ
ſiue ꝓpt̄ mlta. ꝓpt̄ cãꝫ efficien
tẽ ꝓpt̄ obiectoꝝ nũeroſitatẽ.
ꝓpt̄ ſubiecti capacitatẽ. ꝓpter
actuũ generalitatẽ. ꝓpt̄ loci ĩ/
differẽtiã. ꝓpt̄ tp̄is cõitatem
Fuit paſſio xp̄i maxia exten
ſiue ꝓpt̄ cãm efficientẽ q̄ mul
tiplex fuit. Nã paſſus ẽ dñs
ab oĩ ſtatu. ꝯditione et ſexu.
Paſſus nãqꝫ eſt a gẽtibꝫ ꝛ iu
deis. a p̄ncipibꝫ et miſtris. a
popularibꝫ ꝛ religioſ. ab ig/
narꝭ. doctoribus ꝛ ſcribis. a
maſculis ꝛ feminis. petrũ .ſ.
accuſantibꝫ. ab extraneis et
notis. a fugiẽtibꝫ diſcipulis
ꝛ amicꝭ. a petro negante et a
iuda tradente. p̄ncipalr̄ tñ a
pr̄e ꝛ ſua ꝓp̄a volũtate. Ho
rũ q̄dã ꝯplectit̄ ꝓpħa dicẽs.
Quare fremuerũt gentes ꝛ
ꝓpl'i meditati ſũt inania Aſti
terũt reges terre ꝛ p̄ncipes
ꝯuenerũt i vnũ aduerſ⁹ dñm
ꝛ aduerſus xp̄m ei⁹ Et q̄ꝫtũ
ad notos ꝛ cetera enũerata
patẽt ex ſup̄ allegatꝭ. Eſt q̄ꝫ
maxia ꝓpt̄ obiectoꝝ nũero
ſitatẽ. de q̇bꝫ paſſus ẽ. Si q̇/
dẽ paſſus eſt de oĩbꝫ q̄ ad eũ
ꝑtinebãt. De pr̄is offenſa ꝑ

pctã vniuerſoꝝ. magꝭ aũt iu
deoꝝ ꝛ diſcipuloꝝ fugienti/
um ac negantium. maxime
Iude traditoris et crucifi/
gentiũ. De dolore ꝛ marty/
rio aſſiſtentis matrꝭ. De tri/
ſticia ꝛ penis ꝛ omĩbꝫ q̄ infli
cta ſunt ſuis diſcipul' et cun
ctis ſuis amicꝭ. De infamia
latronũ aſſociatõem ꝛ blaſ/
phemias. De inhonoratiõe
ꝑ irriſiones ꝛ contumelias.
De reꝝ ꝛ veſtiũ expoliatõne
De cibo ꝛ potu mirre et fel/
lis et aceti amaritudine. De
corporis iniuſta damnatio/
ne. De anime innocentis af
flictiõe. De vite nobiliſſime
amiſſione De q̇bꝫ omnibus
tanq̄ꝫ de obiectꝭ nolitis ſim/
pliciter vel ex conditione et
tamen accidentibus paſſus
eſt et doluit vehementer.
Que Eſaias propheta at/
tendens ait. Uere languo/
res noſtros ipſe tulit. et do
lores noſtros ipſe portauit
Uulneratus eſt ꝓpter pecca/
ta noſtra. attrit⁹ eſt ꝓpter ſce
lera nr̄a. eiuſdẽ. liij. Fuit eti/
am paſſio dñi maxia extenſi
ue ꝓpt̄ ſubiectum qꝛ paſſus
eſt in toto corꝑe in oĩbꝫ ſenſi
bus. in anime qualibet por/
tione. in toto corꝑe. quia in

oībꝫ ſctiſſimi corpis mēbꝛꝫ.ī
capite coronā ſpineā ⁊ ꝑcuſ
ſiōes.in facie ſputa ⁊ execra
tiōes.in genis alapas.ī bar
ba vellicatōes.colaphos in
collo.in dorſo duras illudē
tiū ꝑcuſſiōes.ī ſcapulis gra/
uia cruc̄ꝫ pōdera. ī maībꝫ pe
dibuſqꝫ trāſfixa clauoꝝ vul/
nera.in latere apturā.in cor
de ꝓfundā lancee fixurā. in
tota corpis ſupficie nudita/
tem ac duriſſimā flagellatio
nē.in oſſibꝫ ⁊ viſceribꝫ.cruri
bus et brachijs neruis ⁊ ve
nis rigidiſſimā tēſionē.qua
ſm ꝓphaꝫ factū ē vt dinume
rarent̄ oīa oſſa eiꝰ. ī vitalibꝫ
mēbꝛis oīmodā ſanguis p̄/
cioſi ⁊ hūoꝝ extractiōeꝫ.et ꝑ
ꝯñs ariditatē liq̄ſcentiaꝫ.ac
nimiā ſiccitatē. Hinc ait p̄s.
xxi. Sicͭ aq̄ effuſus ſū.et di
ſperſa ſūt oīa oſſa mea. Fa/
ctū eſt cor meum tāq̄ꝫ cera li
queſcēs in medio vētr̄ꝫ mei.
Aruit inq̄t ꝓpha tanq̄ꝫ teſta
v̄tus mea. Paſſus ē in oībꝫ
ſenſibꝫ.in oculis lacrimarū
effuſionē.vidēdoqꝫ matr̄ꝫ ac
amicoꝝ fletꝰ ⁊ turbatōeꝫ et ī
morte caligatiōem. ī auditu
pctōꝝ contumelias.blaſphe
mias.ludibꝛia.inſultꝰ ⁊ glo/
riatōeꝫ.in odoratu ſputi fe/
torē.in olfactu fellis et aceti
amaritudinē ⁊ doloroſā ſic/
citatē.ī tactu totiꝰ corporis
lacrimatōeꝫ. In q̄libet anie
portione.in ſupiori de offen
ſa p̄ris triſtatꝰ eſt. ī inferiori
de matr̄ꝫ ac diſcipuloꝝ com
paſſione.anīa inſenſitiua ve
hemētiſſime doluit de ꝓprij
corporis mortifera leſiōe.vt
v̄e diceret Repleta eſt malis
anīa mea. Paſſus deniqꝫ eſt
dñs general̄r in omibꝫ ſuis
actibꝫ.habuit in v̄bis cōtra
dictores.in p̄dicatōibꝫ con/
temptores. in opibꝫ obſer/
uatores. in miraculis blaſ/
phematores.ī miracul̄ ⁊ mi
ſericordie actibꝫ ſcādalū tra
dentes ⁊ inuidētes. ī penis
irriſores.ī morte exprobra/
tores. De q̄ Bern̄.ſer.ij. ſuꝑ
Cātica ait. Multū in opere
nr̄e redemptōis dñs ihs la
borauit.nec ī oī mūdi fabri/
ca tm̄ fatigatiōis auctor aſ/
ſūpſit Illa deniqꝫ dixit ⁊ fcā
ſūt.mandauit et creata ſunt
At v̄o h̄.⁊ in dict̄ꝫ ſuis ſuſti/
nuit ꝯdictores.ī fact̄ꝫ obſer/
uatores.ī torm̄t̄ꝫ illuſores.⁊
ī morte exꝓbratores Paſſꝰ ē
q̄ꝫ dñs īdifferent̄ ī loc̄ꝫ oībꝫ
qꝛ vt dic̄ Aug. Paſſus eſt in
preſepio indulgentiā.adde

duricie̅ ⁊ ſtrictā artitudineꝫ
in deſerto pugnā in tēplo re
ſiſtētiā. imo lapidātiū īpeti/
tionē. ī hoſpitio obſeruātiā
detētoriā. ī itinere fatigatōꝫ
⁊ moleſtiā. ī ciuitate eiectōeꝫ
in mōte p̄cipitiȷ̄ conatū. ī or/
to ſudorem ſanguis. verbū
et oſculū ꝓditoris. apprehen
ſionē ⁊ ligatiōem cohortꝭ. in
atrio interrogatōeꝫ. alapas
⁊ illuſionē. in p̄torio accuſa/
tionē. infideliū iniq̄tatem te
ſtium. Paſſus ē demū cōit
in om̄i tp̄e. In infantia an̄/
guſtias vteri. fetorē ſtabuli.
pauꝑtatē. aſperitatē ⁊ hūili/
tatē p̄ſepiȷ̄. ceteraſq̄ neceſſi/
tates infātiles ⁊ indigētias
materni obſequiȷ̄. circūciſio
nē ſ̄m legē Moyſi. pſecutio
nē aduerſariȷ̄. fugā egipti. et
pueritie ⁊ adoleſcētie labo/
res multiplices ſuſtinuit cū
ſubdit⁹ eſſꝫ m̄ri ⁊ ioſeph pu
tatiuo p̄ri. Quis enim vn̄q̄
mortaliū tāte fuit pauꝑtatꝭ.
ip̄o teſte Mat. viiȷ̄. Vulpes
foueas hn̄t et volucres celi
nidos. filius autē hoīs non
hꝫ vbi caput ſuum reclinet.
Quis tāte abſtinētie tā ꝓli/
xus in vigiliȷ̄s. tā freq̄ns in
orōibꝫ. tā ſepe cruciat⁹ fame
⁊ ſiti. Creſcente deniq̄ etate
creuerūt labores ⁊ abſtinētie
Nā. xl. dies ⁊ noctes in iuue
nili etate ꝯtinuos ī deſerto
habitās int̄ feras corp⁹ in/
nocēs caſtigando ſine cibo
duxit ⁊ potu. Tentat⁹ a ſpū
deceptore. ductuſq̄ ē ab eo/
deꝫ ſuꝑ mōtē excelſū ⁊ tēpli
pinnaculū. ī orōnibꝫ crebro
ꝑnoctauit ſic̄ ſcp̄tū ē. Fugit
iterꝝ ipſe ſolus orare. Jo. vj.
Quis deniq̄ ſatꝭ ꝯmemora
ri poterit ſudorꝝ ⁊ laborꝝ. ſꝫ
⁊ fatigationū ī p̄dicādo. cur
rendo de ciuitate in ciuitatē
ꝑ caſtella. agros. montes et
maria. vt annūciaret vitam
mortuis. redēptōꝫ captiuis
p̄ſtaretq̄ bn̄ficia infirmis.
atq̄ collectꝭ diſcipul' ꝑ eos ī/
veniēt dies in quibꝫ dicent.
Beate ſteriles ⁊ vētres que
nō genuerūt.et vbera q̄ non
lactauerť. Tūc dicēt mōtibꝫ
Cadite ſup nos.⁊ collibꝫ.co
operite nos. Et loquebať ď
obſidiōe romanoꝝ ꝑ Tytū
et Veſpaſianum ꝑncipes.
Hieruſalez poſt aſcenſionē
dn̄i anno.xlij. funditus de/
ſtruentiuʒ.qñ tanta ſtrages
facta eſt.vt occiſoꝝ ſanguis
quaſi riuulus de oīibꝫ par
tibꝫ ciuitatꝭ flueret. ⁊ capta fu
it ciuitas in die paſce.et deꝰ
potiores iudei occiſi.et.xxx.
venditi ſunt ꝑ vno denario
Et tanta fames ꝑ tempꝰ ob
ſidionis erat vt matres fili/
os ſuos comederent.vt dic
Joſephus qui pro tunc pre
ſens erat licʒ fugerit latitās
in ſciſſuris petraruʒ quouſ/
q̄ perſecutio iſta ceſſaret.de
qua etiaʒ beatus Thomas
in.iij.parte.queſt.xlvj.ar.x.

Item xp̄s loquebatur de
iudicio finali.quando pre ti
more dicent mōtibꝫ Cadite
ſup nos ⁊c. Nam ſubdit cāʒ
Quia ſi in viridi ligno hec
faciunt.id eſt.in me Dicitur
autem Chriſtus lignum vi
ride. Quia viridis in radi/
ce diuinitatis. In capite
humanitatis. In ramis vir
tutum In folijs ſermonum
In fructu bonorum operū
In arido.id eſt.in peccato
re qui caret humore gratie
fructu iuſticie.vigoreq̄ con
ſtantie. Quid fiet.id eſt.qn/
ta putatis pena digni ſunt.
Ducebāť āt ⁊ duo alij neq̄
cū eo vt crucifigerenť.vt tur
pitudo Chriſti magis aug/
mētaretur ex ſocietate mala

Et poſtq̄ venerūt in locum
q̄ vocat caluarie. qꝛ oſſa dā/
natoꝝ ibi iacētia a cute ꝛ car
ne erāt calua. Hec oīa facta
ſunt ab hoꝛa tertia vſq̄ ad
ſextā. In ſignū hꝰ ad grāꝝ
actionē eccl'ia ſtatuit dicere
tertiā. Cū igit veniſſȝ vt di/
ctū eſt ad montem caluarie.
ſm̄ Matheū dabāt ei bibe
re mirratū vinū cū felle mix
tū. Et cū guſtaſſet noluit bi
bere. Nā linguā cū q̄ habuit
teſtamentum cōdere. noluit
moꝛtificare ꝛc̄. Scribit em̄
in q̄dam libello hebꝛaico. vt
inq̄t Lyra. q̄ dꝛ liber iudicū
oꝛdinarioꝛū. Pō qꝛ Salo/
mon Prouerb. xxxj. dixerat
Date ſicerā. i. potū inebꝛiati
uum. merētibꝫ. ꝛ vinū his q̄
amaro ſunt coꝛde et animo
bibant et obliuiſcant egeſta/
tis ſue. Occaſione hꝰ verbi
ſenioꝛes iudeoꝝ ſtatuerunt
vt ꝯdemnatis ad moꝛtē da
ret vinū aromaticū. vt faci/
lius tolerarēt moꝛtꝭ paſſio/
nem. Et matrone deuote in
hierl'm ſ̄ vinū ex pietate da
bant. Iudei autē nimia cru/
delitate moti. vinū illud cri/
ſto datum et aliꝭs duobus.
ipſi bibebant. et loco eiꝰ ace/
tum cū felle mixtū poſuerūt
q̄d factum eſt vt impleretur
dictū pſalmiſte. Dederūt in
eſcam meā fel. ꝛ in ſiti mea
potauerūt me aceto. O ſeua
crudelitas iudeoꝛū. q̄lia po/
cula apponis homini fatiga/
to. in carne iam laſſo. de mū/
do in ꝓximo migraturo. Et
nudauerūt eum veſtimētis
ſuis totaliter. quod etiam vi
liſſimis perſonis fieri nō cō
ſueuit. quin aliquid ad ope/
rimentum ſue nuditatis re/
linqueretur. Et tunicā per
coꝛonam compꝛeſſam in ca/
pite violenter traxerunt. ex/
quo iterum non modicā ſu/
ſtinuit rupturā vulnerū. ꝛc̄.
Unde Ambꝛoſius. Auctoꝛ
noſtre ſalutis ſic nudus po
ſitus fuit ad crucē ſicut nu
dus exiuit d̄ vtero virginis.
Hoc pꝛefiguratū fuit in Io
ſeph. quem fratres ſui denu
dauerunt tunicam antequā
mitterent in ciſternam. Ge/
nes. xxxvij. In loco vbi cru/
cifixꝰ fuit ih̄s fuit lapis ſuꝑ
quem ip̄m ſic nudum poſue
runt. quouſq̄ crux eius pꝛe
pararet. vbi ſedēs oppꝛobꝛia
multa paſſus eſt in ꝯſpuen/
do collaphiſando ꝛ blaſphe

mādo. Jlli aūt q̄ crucē para
uerūt ſine aduertentia. aut
certa ex malicia. foramīa ni/
mis diſtantia ab inuicē fece
rūt. Et pmo latrones dein/
de Jeſum crucifixerūt. vnū
a dextris ⁊ alium a ſiniſtris
mediū aūt ihm. Et impleta
eſt ſcptura q̄ dicit. Et cū ini/
q̄s deputat⁹ eſt. Ad crucē āt
ihs ſe voluntarie parare vo
luit. Sed impijſſimi illi ne/
quā p brachia ipm rapiētes
violenter ſup trabem cruc
corpus ſanctiſſimū ꝓiecerūt.
ita q ſpinea illa corona capi
ti fortius imprimeret. Dexte/
ram igit manū accipientes
clauo obtuſo ipā cruci affi/
xerunt. Et cū ſiniſtram affi
gere vellent. inuenerunt ſpa
ciū inter foramina nimis re
motū. ⁊ ideo ambab⁹ mani/
bus ac brachijs funē alligā
tes traxerūt hincinde. ⁊ tan
tum ſctiſſima brachia exten
derūt quuſq man⁹ ſiniſtra lo
cum foraminis attingeret.
vt ſic ⁊ ipſam conclauarent.
Quo facto venerunt ad pe/
des ꝯfigēdos. q̄s ſimilit ad
diſtantiā vni⁹ palme a fora/
mine repperērūt. Vñ funem
infra brachia corpori alligā
tes. tandem p pedes traben
tes quuſq foramina attigerēt
ita volentes ſinglos pedes
ſimul clauis cruci affigere.
ſ; hoc filius dei noluit. imo
pedem dextruz ſup ſiniſtrū
cancellauit. Hec vero exten/
ſio fuit tam violenta vt pel/
lis in ergaſculo. ita q oīa
mēbra de locis ſuis natura
libus exirent. ¶ Quo facto
milites iſti crudeliſſimi cru/
cem eleuare ceperunt. ſed ex
certa malicia ad terrā cade/
re pmiſerūt. Quant⁹ autem
cruciatus et pena Chriſto h
fuerit perpēdat quiſq;. Jgi
tur crucem de nouo cū hor/
ribili clamore leuantes. cuz
maximo impetu ad foramē
dimiſerunt lapidis quod in
lapide fecerunt. vbi ex vehe
menti crucis deſcenſu om/
nia vulnera eius fuerūt in/
nouata. ⁊ tunc pmo ſanguis
de manibus et pedib⁹ eius
copioſe effluxit. quia antea
effluere non potuit ꝓpt groſ
ſiciem clauorum. ¶ Voluit
autem Jeſus ſic cum cruce
in aerem eleuari. vt ſe media
torem inter deum et homi/
nes oſtenderet. Hec erectio
crucis ſm Gregoriuz hora
ſexta facta fuit. vt correſpon
deret hore preuaricationis

Sexta eim̄ hora.prothopla
ſti p̄uaricati ſunt dei mãda/
tum in paradiſo. Hoc prefi
guratuȝ fuit in Joſeph q̇ in
carcere poſitus inter duos
eunuchos qui peccauerunt
ᵒPharaoni. Gen̄.xlv. Quo/
rum vnus ad mortem depu
tatus .alter reſtitutᵒ vite.ꝛc̄.
Sic xp̄us in medio duorū
latronū. Quoꝝ vnus dam/
natus.alter ſaluatus eſt.ꝛc̄.
Milites autem cum cruci/
fixiſſent eū.acceperunt veſti
menta Jeſu et diuiſerunt.et
fecerunt quattuor partes.
vnicuiqꝫ milliti partem ꝛ tu/
nicam. Erat autem tunica
inconſutilis de ſuper cõtex/
ta ꝑ totum. Dixerunt auteȝ
ad inuicē. Non ſcindamus
eaȝ.ſed ſortiamur de illa cu
ius ſit Ut adimpleretur q̊d
dictum eſt per prophetã di/
centem. Diuiſerunt ſibi ve/
ſtimenta mea. et ſuꝑ veſtem
meam miſerunt ſortē. Sed
abſqꝫ myſterio h̄ factum nō
eſt. Nam ſignificabat ꝙ xp̄i
eccleſia indiuiſa permanere
deberet vſqꝫ in finem ſeculi.
Sed nunq̊d tempꝫ preſen/
ti eccleſia ſatꝭ diuiſa eſt cum
tria capita.ſcȝ tres papas.ſ.
Johannē Gregoriū et Cle
mentē. Qd̄ vtiqꝫ eſt ꝯtra vni
tatem eccleſie. ꝛ ꝯgruitatem
artis grãmatice.cum ille ter
minus papa habere debeat
tm̄ vnū ſubiectū. ꝛ ideo caret
plurali numero ſm grãma/
ticos.ſicut et ille terminᵒ fe/
nix. Dicendum ꝙ vnitas ec
cleſie non conſiſtit formalit̄
in capite ſubſtituto.et fideli
bus illi capiti ꝑ adheſioneȝ
iunctis.ſed formaliter conſi
ſtit in capite principali.puta
deo chriſto ꝛ ſuis fidelibus
per predeſtinationē diuinã
in fide formata iunctꝭ vel iun
gendis. Et hec vnitas fidei
nunqꝫ diuidetur aut ſcinde
tur finaliter.licet quandoqꝫ
ad tempꝰ periclitet̄ aliquis
Et quia ſm Hieronimum
mos erat romanoꝝ cauſam
mortꝭ ſupra damnatos ſcri
bere vt legētes intelligerent
qꝫ iuſte ad morteȝ damnati
fuiſſent. Pylatus igitur ti/
tulum poſuit ſuꝑ caput ih̄u
in cruce. Erat aūt ſcriptum
hebraice.grece.et latine. Je/
ſus nazarenus rex iudeorū.
Nam he tres lingue p̄ncipa
liores erãt. Et h̄ in ignomi/
niã ꝛ ꝯfuſionē iudeoꝝ Nam

ſm Bedā volens ſe Pylat⁹ de iudeis vlciſci.coꝝ malici am p hūc titulū oſtendit.dū in regem ꝑriū inſurrexerūt ¶ Hūc ḡ titulū m̃lti iudeoruꝫ legerūt.ꝛ alij in linguis ſuis.quia ideo trib⁹ linguis ſcpſit.vt omnes ſcirēt q̄ꝫ maliuoli ꝛ inuidi iudei fuiſſent vt xp̄m ſic ſuſpēdiſſent.ꝓpter tam exilē cauſam.imo nullā Et qꝛ redundabat eis ī ſcādalum.ſicut bñ intellexerūt igiť pontifices dixerūt Pylato. Noli ſcribere rex iudeorū.ſꝫ qꝛ ipe dixit. Rex ſum iudeoꝝ. Si em̄ ita ponereť h̄ redundaret in contumeliam xp̄i.q̄d ꝛ intendebant.vt cui viuo abſtulerāt vitā.etiā nunc mortuo auferrent famam. Sed quia veritas domini manet in eternum. ex ordinatione diuina factum eſt vt titulum corrūpere nō valerent. Reſpondit igitur Pylatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Quaſi di. Veritas eſt q̄d ſcpſi.ideo non mutabo. Unde et Hieronymus in omel'. Non ſufficio ammirari p̄ magnitudine rei ꝛ nego cū tam inſoliti q̄ nullā aliaꝫ cauſam mortꝭ aſſignauerūt niſi Rex iudeoꝝ. Demones atteſtati ſunt dicētes. Quid tibi ꝛ nob ihu.ſcim⁹ q̄ꝛ tu es xp̄s rex iſrael. Pueri hebreorū clamauerūt. Benedict⁹ q̄ venit in nomīe domini rex iſrahel. Et iam cauſam mortis aſſignarunt. Rex iudeorum. Titulus vero triumphalis fuit in memoriam et laudeꝫ triumphi.habito de aliquo inimico. Et qꝛ chriſtus in cruce triumphuꝫ ſolennem de ſuis inimicis obtinuit. ideo titulū hunc triumphalē merito ſup cruceꝫ habere debuit. ¶ Attende igiť anima deuota q̄ xp̄s ſic pendens in cruce nō habuit p̄ nimia paupertate vbi caput ſuū debile et infirmum tam multipliciter vulneratuꝫ reclinaret.vt verificareť illō Lu.ix. Vulpes foueas hñt.ꝛ volucres celi nidos.filius āt homīs nō hꝫ vbi caput ſuū reclinet. Nam ſi caput tabule.tunc ſpine caput profundius intraſſent. Si brachijs applicaſſet iterꝫ ſpine de corona vulneraſſent ipſa ſancta brachia. Nō igiť potuit niſi ad terrā.ſ.ad nos caput declinare. Quaſi di.

O vos oẽs q̇ trãſitꝭ ꝑ viã. at
tendite ⁊ videte ſi ẽ dolor ſi/
milis ſic̃ dolor meus. q̃ſi di.
Ad vos clamo. qr ꝓ voƀ pa
tior. Pretereuntes aũt blaſ
phemabant eum mouentes
capita ſua dicendo. Vach q̇
deſtruis templum dei. et in
triduo reedificas Salua te
ipſum. Si filius dei es de/
ſcende. Si deſcendiſſet ip/
ſum denuo artius crucifixiſ
ſent. arbitrantes clauos nõ
fortiter fuiſſe impreſſos Si
militer et principes ſacerdo
tum illudentes ad alterutꝝ
cum ſcribis et ſenioribus di
xerunt. Alios ſaluos fecit
ſeipſum non poteſt ſaluum
facere. Si rex iſrael eſt de/
ſcendat nunc de cruce ⁊ cre/
dimus ei. Confidit in deo.
liberet eum nunc ſi vult. Di
xit em̃. quia filius dei ſum.
Sz chriſtus noluit deſcen
dere. quia hoc conſiliuz erat
diaboli. Nam ex eius inſtin/
ctu dixerunt. deſcende. quia
libẽter impediuiſſet redem/
ptionem generis humani.
¶ Secundo. quia mentie/
bantur dicentes. Et credi/
mus ei. Maius em̃ miracu
lum erat mortuos reſurge/
re ȯ ſepulcro. ¶ Tertio do/
cebat ꝙ bonũ opus inceptũ
non eſt dimittendum. Nam
perſeuerãtibus dabitur co/
rona. Et ſtabat populus ex
pectans. Jeſus autem dixit
Pater ignoſce illis. quia ne/
ſciũt q̇d faciũt. O verbũ om
ni pietate ſuauiſſimuz. Pri⁹
em̃ iuſtiſſimi homines non
poterant cõſequi miſericor/
diam. nũc autem orauit pro
peſſimis. qui oẽs miſcd̃iam
fuiſſent cõſecuti ſi penituiſ/
ſent. imo ſm glo. ſuꝑ Lucaz
Multi circũſtantes tam de
iudeis q̃z gẽtibꝫ audiẽtes h̃
pietatꝭ ṽbuz. ⁊ etiã multi de
ſimplicibꝫ poſtea ꝯuerſi ſũt
ṽtute orõnis chriſti. Princi
pes autẽ ſacerdotũ et ſcribe
qui ſciebant ipſum eſſe chri/
ſtum ex ſcripturis perman/
ſerunt in malicia ſua. vt He
rodes. Pylatus. Cayphas.
qui ſcienter condemnaue/
runt innocentem. Item qui
ex inuidia. vt iudei ⁊ Judas
⁊c̃. Sed Chriſtus pro his
orauit qui ſeducti quaſi ze/
lo legis accenſi ipſum cruci/
fixerunt. quod ꝓbat finalis
clauſula adiecta. ſcz. neſciũs
quid faciunt. ex q̇bꝫ mlͭi ſũt
conuerſi. vt patet Actuum
iiij. Melius loquit̃ ſanguis

Chriſti ꝙ ſanguis Abel.q2 h petijt vindictam. Chriſti autē ſanguis clamauit miſericordiā Et niſi chriſtus ſm Bern̄.ſic oraſſ3 totum gen⁹ humanū non fuiſſet redemptum propter indignatōem dei patris contra hominem quia filium ſuum ſic penoſe tractauerunt. Quam indignatiōem ſatis oſtendit cu3 celum obtenebraret. et petras ſcinderet. imo intantū offenſus ꝙ hominem perpetuo perdidiſſet. niſi hoc verbum dixiſſet filius. Pater ignoſce illis. q2 neſciunt. ꝛc.

¶ Ad hāc vocē ſm Hieronimum in epiſtola ad Rufinum preſbyterum. vno die tria milia. et alia die quinq3 milia crediderunt. Et ꝙ adhuc eccleſia ſuſtinet iudeos et non occidit eos ſicut hereticos. virtūte illius orationis eſt. Nam chriſtus dixit. Ne occidas eos. nequando obliuiſcātur populi mei Et ſi non haberem⁹ aliud teſtimonium. ipi nobis eſſent memoriale Chriſti paſſiōis et probatio. Nam realiter ita diſtincti ſunt a chriſtianis. vt inter mille vnus cognoſceretur chriſtianus. ꝛc. Conuertentur etia3 adhuc predeſtinati ad veſpera3. ꝛc ex oratōne iſta. Docuit nos Matthei quinto. Diligite inimicos veſtros. Auguſtinus. Talem gratiam vnuſquiſq3 recipiet a deo. qualem ipſe exhibet proximo ſuo Unde in oratione dicimus Dimitte nobis debita noſtra ſicut ꝛ nos dimittimus debitoribus noſtris. Dicit gloſa. Uidetis fratres ī poteſtate noſtra poſita eſt. Id ipſum autem et latrones q̄ cum eo crucifixi erant improperabant ꝛ conuiciabātur ei. Et ſingulariter vnus ex his qui pendebant latronibus blaſphemabat eū dicēs. Si tu es Chriſtus. ſaluum fac temetipſum ꝛ nos. Primo ambo. ſed qui a dextris pendebat viſis miraculis ac patientia Chriſti reſpondens alteri increpauit eum dicens. Neq3 tu times deum. qui in puncto mortis es. non quo ad cauſam. ſed quo ad penam. et in eadem damnatōne es. Et nos quidem iuſte. nam digna factis recipimus. hic vero nichil

mali geſſit. Et dicebat ad ie
ſum. Domie memento mei
dum veneris in regnum tu
um. Quaſi diceret. Quam/
uis omnia interiora et exte
riora mea diſſipauerunt le/
gem tuam. vnde infernum
merui. ſcio tamen ꝙ peracta
hac miſerabili penalitate re
gnare vis in perpetuum. a
quo regno neminem exclu/
dis qui tibi ſeruire deſide/
rat. Ad hoc regnum cum
veneris: memento mei.
¶ Notandum ꝙ quinqꝫ fe/
cit latro vnde veniam me/
ruit. ¶ Primo conſortem
blaſphemum increpauit di
cens. Neqꝫ tu times deum
quod vtiqꝫ facere debes. eo
ꝙ iam in puncto es mortis.
¶ Secundo ſeipſum ac/
cuſauit dicens. Nam tu et
ego digna factis recipimꝰ.
¶ Tertio Chriſtum excu
ſauit dicens. Hic homo iu/
ſtus. nihil mali geſſit. Qua/
ſi diceret ſm Ambroſium.
Nos occidimus. iſte viuifi/
cauit. Nos furati ſumus.
iſte iubet propria largiri. im
mo ſemetipſum grat; nunc
impendit. ¶ Quarto veni
am poſtulauit dicens. Do/
mine memento. ¶ Quinto
magnam fidem habuit. q̄a
regnare credidit quem miſe
rabiliter mori vidit. Hiero
nimus. Magna gratia in
latrone. Nullum membruꝫ
liberum a ſupplicio habuit
niſi cor et linguam. totum
quod habet offert. O bone
latro. vbi vidiſti regnuꝫ. vbi
milites. Auguſtinus. Quis
illum docuit niſi qui iuxta
illum pendebat. Alexander
autem vult ꝙ ſanguis flu/
ens de manu dextera dei.
tetigit iſtum latronem ex/
terius in corpore. et ſancti
ficauit eum interius in men
te. Item Hugo. ꝙ ex vm/
bra corporis Chriſti ſancti/
ficatus fuit. ſicut vmbra be/
ati Petri ſanauit infirmos.
Pulcrum eſt inſpicere hu/
ius latronis conuerſionem
Quia eius exemplo conſpi
cimꝰ ꝙ q̄ꝫ cito quis culpam
ſuam agnoſcit plus tribuit
q̄ꝫ precatur. Et dixit illi Je/
ſus. Hodie mecum eris in
paradiſo. quaſi diceret. Ho
die mecum eris vbi ego ero
Et hoc eſt eſſe in paradiſo.
nō in terreſtri. de quo Adaꝫ
et Eua proiecti ſunt. non ce

leſti. qui eſt locus ſanctorū angelorum. de quo Lucifer cecidit. Quia ante filij dei aſcenſionem nullus illuc vnquam venit. Sed intelligi debet de viſione dei aperta que eſt omnium deliciarum paradiſus. O verbum conſolatorium. non dixit. tanto tempore eris vel in limbo vl' purgatorio. ſed Hodie mecum eris. Remittit culpam et penam Latro petit ſui habere memoriam in die iudicij. cum regnum dei conſummabitur in electis. ſed vberior eſt gratia q̄ deprecatio. Nam dominus in remunerando promittit ſibi ſui conſortium. non in die nouiſſimo. ſed in eodem. Sic igitur adimplet in latrone q̄d ait dominus in euangelio Matthei viceſimo. Erunt nouiſſimi primi. et p̄mi nouiſſimi. nam ipſe conuerſus nouiſſime. et tamen prius q̄ aliquis apoſtolorum beatificatur. immo prius q̄ regina mundi. Sed tamen illi⁹ latrōis exemplo nullus debet penitentiā ſuam differre vſq̄ ad mortem. quia priuilegium paucorum nō con

ſtituit legem cōmunē. Ideo ipſe ſolus de omnibus in fine vere penituit. Tracta. Stabat autem iuxta crucē Jheſu. mater eius. et ſoror matris eius Maria cleophe et maria magdalene. O mūdi domina quid hic ſtas. q̄d hic agis. quid hic habes in cruce vtiq̄. Sed q̄d eſt ihs inq̄. Unde ſtabat iuxta crucem. Ex quo colligit iterū q̄ paſſionē et mortē filij vltra metā rōnabilē nō deplanxerit Et cū merentiū aut plangentiū potius ſit iacere aut ſedere. vel quieſcere. Ipa vero ſtetit ꝛ non ſolum hic. ſed Matthei. xij. ſtetiſſe legitur cū dr. Ecce mater tua et fratres tui foris ſtant. Unde ꝛ cōuenienter de matre dei dicitur q̄ ſtabat que per peccatum nunq̄ ceciderat. Item ſtare dicuntur in acie q̄ non fugiunt. Sed nonne iuxta hanc ſignificationem de virgine Maria apte dicitur q̄ ſtabat. que cunctis viris recedentibus. omnibuſq̄ diſcipulis fugientibus. in gloriam totius feminei generis inter tot p̄ſſuras filij ꝯſtanter cum illo ſola remanebat.

Ecce impletũ eſt illud Iſaie
lxiij. q̄d filius eius ꝯquerit.
Torcular calcaui ſolꝰ. et de
gentibus nõ eſt vir mecum
Quia Matth. Relicto eo
omnes fugerunt. Et non ſo
lum ſtetit. quia nõ fugit. ſed
ideo ſtetiſſe dr. qr in tãta cor
dis triſticia nihil indecens.
nihil indiſciplinatum egiſſe
legit. Et quicq̄d ſm Bern.
Chriſtus ſuſtinuit extra in
corpore. hoc mater Maria
intra ſuſtinuit in corde Tũc
impleta eſt prophetia Sy/
meonis Luce ſecundo. Et
tuaꝫ ipſius animã pertrãſi/
bit gladius rc̄. Tũc habuit
doloreꝫ quem habuiſſet iux
ta illud Pſal. xlvij. Ibi do/
lores vt parturientis. Tũc
Maria nonne dicere potu
it. O fili mi dilecte cui ma/
trem relinquis. Quid faciã.
Patrem non habeo. matre
careo. et nunc teynicuꝫ anie
mee ſolamẽ pre oculis me/
is omnino morienteꝫ video
Tunc Ieſus ex compaſſio/
ne cum vidiſſet matrem r di
ſcipulum ſtantem quem di/
ligebat. dixit mr̄i ſue. Mu/
lier. ecce filius tuus. Dein/
de dicit diſcipulo. Ecce ma
ter tua. Et ex illa hora acce/
pit eam diſcipulus in ſuam
ſcilicꝫ cuſtodiam. O maria
quale cambium. vbi datur
ſeruus pro domino. diſci/
pulus pro magiſtro. famu/
lus pro filio. Sed quomo/
do bone Ieſu matrem tam
indulciter alloqueris dicen
do Mulier. ecce filius tuus
Credo inquit Chryſoſtomꝰ
ne ꝟgo audito materno no/
mine ampliori dolore ſau/
ciaretur. Iſtum quem ſpe/
cialiter diligo. nepotem me/
um loco meo derelinquo.
Ipſe enim virgo eſt. et ideo
tibi virgini eum recommen
do. A ſexta autem hora te/
nebre facte ſunt ſuper vni/
uerſam terram vſqꝫ ad ho/
ram nonaꝫ. Iſte tenebre nõ
fuerunt naturales ſed mira
culoſe ſm Albertum ſuper
Mattheuꝫ. quia facte ſunt
circa meridiem quando ſol
in maiori ꝟtute ſua lucet. et
quia in plenilunio quando
ſol ſtat ĩ oppoſito lune. Ecli/
pſis enim naturaliter non
fit niſi in incenſione et inter
poſitione lune inter ſolem r
terram. Item quia fuerunt
vniuerſales ſuper vniuerſaꝫ

terram cum ſol maior ſit lu/
na. Ideo non poteſt radios
ſolares vbiqꝫ impedire. Un
de Dyoniſius magnus phi
loſophus exiſtens in grecia
vidēs tenebras iſtas fertur
dixiſſe. Aut diuina natura pa/
titur. aut mundus deſtrue/
tur. Item quia per tres ho/
ras. naturalis vero eclipſis
vltra dimidiam horam du
rare nō poteſt. quia luna fa/
cit cito et velociter tranſituꝫ
ſuum ſub ſole. Concluditur
igitur ꝙ fuerunt miraculo/
ſe. Non enim poterat creatu
ra ferre iniuriam creatoris.
Unđ ſol retraxit radios ſu/
os. non videre poterat faci/
nora impiorum. Et propter
tenebras ter celebramꝰ ma
tutinas in memoriam. ſcđm
Albertum ſuper Matheū.
Unde in huius gratitudi/
nem eccleſia inſtituit dicere
ſextam. Et circa horam no
nam clamabat Jeſus voce
magna. Hely hely lamaza/
bathani. Hoc eſt interpreta
tum. Deus meus. deus me
us. vt quid dereliquiſti me
Clamauit voce magna ſm
Bonauenturam propter ni
mium dolorem. maxime ta/
men propter generis huma
ni ingratitudinem. Nam de
toto genere humano nō fu/
it qui ſue paſſionis fructum
tunc perciperet inter omēs
viuentes niſi latro pendēs
in latere dextro. et virgo eiu
lans ſub patibulo cruciſ xpi.
Unde clamauit. quaſi dice/
ret Cur me quaſi fruſtra tot
paſſionibus expoſuiſti. nun
quid ꝓ ſolo latrone hec pa/
tior Uidebatur enim huma
nitas derelicta a diuinitate.
non per ſolutioneꝫ vnionis.
Alioquin fuiſſet aliquod tē
pus quando Chriſtus ad/
huc viuus. homo fuiſſet et
non deus. Quod non eſt ve
rum. immo hereticum. quia
adhuc viuus clamauit ſe de
relictum. non derelinquen
dum. Sed intelligendum
eſt per ſubtractionem defen
ſionis. quia ſenſualitas fuit
totaliter paſſioni expoſita.
Sed prochdolor ab heri
hora completorij a tempore
ſerotino vſqꝫ hodierna die
ad horam nonam continue
in penis et tormentis fuit.
In octaua captꝰ ⁊ immiſeri
cordit ductꝰ. hora pma ſom
ni fuit alapis ceſus. ⁊ oppro

bꝛũs vituperatꝰ. Hoꝛa vero
noctꝭ media vſqꝫ ad dieͤ con
tinue verberatꝰ. Sed hoꝛa
ꝑma diei ad Pylatũ ductus
Hoꝛa tertia ad colũnam li/
gatus .ꝛ coꝛona ſpinea coꝛo
natus. Hoꝛa ſexta crucifixꝰ
A ſexta hoꝛa vſqꝫ ad nonaȝ
ſtetit in magno cruciatu et
ſanguinis effuſione. O ho/
mo ſi queris quomodo ſta/
bat. Dico tibi ꝙ nõ ſedebat.
nec ſcabellum ſub pedibus
habebat. ſed ſtabat in cruce
ſuſpenſus manibus et pedi
bus laceratus. Stabat eñ
non appodiatus. ſed clauis
manuum et pedum ne cade
ret ſuſtentatus. Et ideo in
manibus et pedibus quibꝫ
totum coꝛpus innitebatur.
valde acerbe cruciabatur.
Quoniam ſi doloꝛem nimi
um voluit mitigare ſuꝑ pe/
des conclauatos ſe erigebat
Et tunc pedes amplꝰ lace/
rabantur et plage dilatabã
tur. ꝛ doloꝛ diffuſius per to
tum coꝛpus augmẽtabatur
Si autem dolori pedũ par
cere volebat ſuper manus ſe
erigebat. et tunc palme ma/
nuum lacerabantur. et do/
loꝛ ipſarum etiaȝ diffuſius

creſcebat. et ſic tribꝰ hoꝛis
continuis ſtetit. Ideo bene
dicere potuit ſe eſſe dereli/
ctum. quia humanitas tota
liter d̃relicta erat quo ad pa
tiendum abſqꝫ quacunqꝫ al
leuiatione. Et ideo Chꝛiſti
paſſio magis penalis fuit qꝫ̃
cuiuſcunqꝫ ſancti. Quia q̃n/
to durioꝛa ſuſtinuerunt toꝛ
menta. tanto foꝛtius deus
eos interius ſua gratia con
foꝛtabat. et penas eoꝛum al
leuiabat. Unde Laurentiꝰ
ſuper cratem ferream poſi/
tus dixit. Uidetur michi ꝙ
ſuper roſas. ꝛc̃. et carbones
michi refrigerium pꝛeſtant.
tibi autem eternum ſupplici
um pꝛeſtant. Quia ipſe do/
minꝰ nouit ꝙ accuſatus nõ
negaui eum. interrogatus
Chꝛiſtum confeſſus ſum. aſ
ſatus gratias ago. ꝛc̃. Und̃
ſanctus Uincentius in ecu
leo diſtentus membꝛis om
nibus diſſipatus. ait ad Da
cianum. Hoc eſt quod ſemꝑ
optaui. Tũc iratus Dacia/
nus cepit ei omnia genera
toꝛmentoꝛum minari. niſi ei
aſſenſuȝ pꝛeberet. Cui Uin
centius. O felicem me. quo
michi iraſci te grauꝰ putas

eo melius incipis miſereri.
Inſurge ergo miſer ⁊ toto ma/
lignitatis ſpũ debachare. Ui
debis me dei ꝟtute plꝰ poſſe
dũ torqueor ꝙ̃ poſſis ipſe ꝗ
torques. Ad hec Dacianus
cepit clamare ⁊ carnifices ꝟ/
gis et fuſtibꝫ ꝟberare. ⁊c̃. Et
ſic de aliĳs ꝙ̃ plurimis ſctis
Ieſus vero licet quo ad ſu/
periorem partez anime frue
retur deitate et haberet ſũ/
mum gaudium. ſic tamẽ di/
ſpenſatione diuina factũ eſt
vt hoc gaudiũ nullã carni ⁊
ſenſualitati ſubſidiũ ſeu al/
leuiationem penarum con/
ferret. Et hoc prefiguraue/
rat oblatio olocauſti quod
ex toto igne conſummabat̃.
illud ſcilꝫ quod domino in
olocauſtum offerebatur. ſic
chriſtus ex toto debebat re/
linqui. Dereliquit etiam eũ
homo quem creauit et nobi
litauit multis virtutibus. et
propriaz imaginem inſpira
uit. Dereliquerunt eum tur
be quas in deſerto pauit.
Infirmi quos curauit. Ce/
ci. mortui. et quod omnino
flebile eſt etiã diſcipuli quos
tam dulciſſime docuit. Et
quia milites fuerunt roma/
ni et ſerui Pylati non intel/
ligentes hebraicum. putan/
tes ꝙ inuocaret Helyam ſi
bi venire in auxilium. Und̃
dicebant. Ecce Helyam vo
cat iſte. Sinite. id eſt. pa/
rumper expectate. Uidea/
mus an veniat Helyas libe
rans eum. Cum autem ex
diutino et continuo ſuſpen/
dio et ex nimio ſolis ardore
et ſanguinis effluxu aruiſ/
ſet. vt merito dicere poterat.
Aruit tanꝙ̃ teſta virtꝰ mea.
dixit Sitio. Nec mirũ. quo
niam minuti plus ſitiunt.
ſed Ieſus nimis grauem ⁊
horribilem habuit minutio
nem. Unde verſus. Sep/
tuaginta quinqꝫ quater cen
tũ. milia quinqꝫ. Tot fertur
Chriſtus pro nobis vulne/
ra paſſus. Si quis omĩ die
dixerit quĩdecim Pater no/
ſter. anno reuoluto cuilibet
vulneri vnum dixit, Pater
noſter. Non igitur mirum
ſi ſitiuit. Bernhardus hoc
verbum pertractans dicit.
O bone Ieſu cui clamas te
ſitire. An ignoras ꝙ aduer/
ſarĳ tui in ſiti tua nõ recrea/
bũt vino aut ſicera. nec aquã
de torrente saltez mundam

Nonne tu potaſti populum
ſitientem in deſerto .et nun/
quid tu aperis celum Quid
ergo clamas.ſitio. Et reſpõ/
det in perſona Chꝛiſti. Si/
tio peccatoꝛum conuerſio/
nem.lacrimas penitentie.cõ
punctionis paſſionis et in/
time deuotionis . Sitio ſa/
lutem veſtram .et omnium
animarum redemptionem.
Uas ergo poſitum erat ace
to plenum. Et cõtinuo cur/
rens vnus ex eis acceptam
ſpongiã impleuit aceto .yſo
po circumponentes.⁊ impo
ſuerunt arundini et dabant
oꝛi eius. Cum ergo accepiſ
ſet Jeſus acetum dixit. Cõ/
ſummatum eſt . Nam in ſiti
mea potauerunt me aceto.
Fuit nouiſſima pꝛophetia
fienda ante moꝛtem eius.vt
ſic in om̄ibꝰs ſenſibus pꝛo
nobis pateretur.⁊ pꝛeſertim
in guſtu.in quo Adam pꝛe/
cipue peccauerat . Tracta .
qualiter pꝛius in aliȷs ſenſi
bus paſſus . maxime in vi/
dendo dilectam ſuam geni/
tricem perturbabatur . Un
de dixit. Cõſummatum eſt.
Quaſi diceret. Modo om/
nia ſunt impleta.que ſm ꝓ/

phetarum oꝛacula fuerunt
conſummanda . Immo ſm
Auguſtinum nihil remanſe
rat quod anteq̄ moꝛeretur
fieri opoꝛtebat. Et ideo hoc
verbo pꝛolato nichil reſta/
bat niſi moꝛs.quam in inſtã
ti pati voluit ꝓ peccato ho/
minis. Unde tunc homo li
beratus fuit eterna moꝛte.
Ideo ſecure dicere potuit.
Dirupiſti domine vincula
mea.et tibi ſacrificabo hoſti
am laudis. ⁊c̃. Super quo
dicit gloſa magiſtri.ꝙ h̄ ver
ſus tante virtutis creditur.
ꝙ omnia peccata homini di
mittantur ſi in fine trina vi/
ce dicatur . Idem vult Au/
guſtinus in ſermone de ani
mabus . Item narrat vene/
rabilis Joꝛdanꝰ in poſtilla
ſuper illo verbo.ſcȝ. Cõſum
matũ eſt.magne efficacie eſt
Et ſignanter valere dicitur
in immoderato fluxu ſãgui/
nis narium.ſi cũ eodem ſan
guine ſcribat in fronte pati
entis ceſſat. Nec mirũ cũ ſit
verbum in quo tota paſſio
chꝛiſti continetur. Quaſi di
cere vellet ihũs. Pater ſi q̃d
adhuc reſtat.dic.⁊ paratũ in
uenies animũ meũ Ego em̄

ad ꝫ pendo ꝫ ad ſoluenduꝫ
ꝑ hoīe quicq̄d ab eo exigere
poſſis. Si ḡ ſatis tibi vide/
tur fac ſicut ꝓmiſiſti. Dixiſti
eīn̄. Si filius vos liberaue
rit vere liberi eritis. Ecce p̄
cium redemptionis effuſio
ſanguinis mei. Ecce paſſio
mea. non reſtat niſi mori. ad
quod me diſpono faciendū
Et inclinato capite. quoniā
compleuit ſm̄ magiſtruꝫ in
hiſto. omnes illos p̄s. ſ. a de
us deus meus reſpice. vſq̄ꝫ.
In manus tuas. verſus ſcꝫ
xxx. Cum ergo antea ſepius
in oratione pernoctauit. et
omne tempus vite ſue vtiliſ
ſime expendit. nec momen/
tum minimū temporis ſine
fructu vnq̄ꝫ preteriuit. Igiṫ
non eſt credendum q̄ tribꝫ
horis in cruce ocioſe et ſine
oratione ſteterit. Et predic/
ti pſalmi dicuntur pſalteri/
um chriſti. Et quicūq̄ꝫ ī me/
moriam paſſionis eius lege
rit ſine dubio inueniet in fi/
ne vite fructum. quando di
cet. In manus tuas ꝛc̄. Et
clamās iterum voce magna
dixit. Pater in manus tuas
commendo ſpiritum meuꝫ.
Et hec dicens inclinato ca/
pite ad matreꝫ dans vltimū

Aue. tradidit ſpm̄. erudiēs
nos quando ſpm̄ noſtrum
deſeremus patrꝭ eterni ma/
nibꝫ commendemꝰ. ne prin/
ceps huius mundi. qui licet
in Chriſto nō habuit quic/
q̄ꝫ. tn̄ ſm̄ glo. Thobie ſtabat
ſuꝑ brachium crucis. in no/
bis quicq̄ꝫ inueniat. Sed
nō eſt dubium quin etiā ani
ma chriſti turpiter fugaue/
rit diabolū. ꝛ ipm̄ tunc in in
ferno fortiter r̄ligauerit. O
ſi diabolus aīaꝫ xp̄i vnitam
diuinitati expectauit vt ſu/
perbus. licet ſm̄ Hierony/
mum cū crucifixus eſſet de/
mones ſenſerunt virtutem
chriſti. et vires ſuas fractas
Quid igitur nos miſeri pec
catores faciemus in quibꝫ
diabolus multa habet. ꝛc̄.
niſi hūiliter quotidie ad mi
nus ſemel in die dicamꝰ In
manus tuas. ꝛc̄. vſq̄ꝫ ad finē
vite noſtre. et quicunq̄ꝫ hoc
fecerit non morietur mala
morte. Unde mortuo Chri
ſto perturbata ſunt omnia
elementa. Nam ſol obſcura
tus ꝛ alie res inſenſibiles.
ſcꝫ velum tēpli ſciſſum eſt ꝑ
mediū in duas ꝑtes a ſūmo
vſq̄ꝫ deorſū. q̄d vicꝫ ſm̄ Re
migiū. ꝛ Ambroſiū pēdebat

ſucta ſanctaſanctoꝝ.q̄d pre/
cioſuʒ erat ope plumario cō
textū.que ſciſſura figurabat
reſeratione̅ figuraꝝ ⁊ imple
tione̅ veritatis ꝑ venerandā
chriſti mortem. Et terra mo
ta eſt.quaſi ſuſtinere non va
lens mortem xp̄i. Et petre
ſciſſe ſunt.in ſignuʒ ꝙ obſti/
nata corda hominū ⁊ dura
ex recordatōe paſſionis cri
ſti molliri et ſcindi debe̅t ad
penitentiam. Et vere nimis
durus eſſet que̅ non moue/
ret ad penitendum. Tracta
Et monumenta aperta ſūt.
ac ſic aperta ſteterūt vſqꝫ dn̄
xp̄s reſurrexit. Et tūc corpo
ra multa ſanctoꝝ q̇ dormie/
rant ſurrexerunt. Quia ſm̄
apoſtolum ad Corinth.xv.
Chriſtus reſurrexit primo
genitus mortuorū. Et ideo
ſignant̄ ꝙ nō ſtatim eodem
die quo Chriſtus obijt ſur/
rexerunt dicit euangeliſta.
Et exeuntes de monumen/
tis poſt reſurrectionem eiꝰ
venerunt in ſanctam ciuita
tem et apparuerunt multis.
ad teſtificandam reſurrecti/
onem Chriſti. De iſtis dicit
Ambroſius et Hieronimꝰ.
ꝙ in eis cōpleta fuit ſecūda

reſurrectio.et cū dn̄o corpō
raliter aſcenderūt.alias veri
teſtes reſurrectiōis Chriſti
non fuiſſent.nec eis gr̄a ſed
iniūria facta fuiſſet ſi iteruʒ
mori debuiſſent. immo ipſo
die aſcenſionis xp̄i eſt feſtuʒ
omniū patriarcharū et ſan/
ctoꝝ patrum quos de lim/
bo liberauit. Quare autem
tunc corporaliter viſi nō fue
rūt.ſicut de Chriſto legimꝰ
Dicendū ꝙ ideo factuʒ fuit
ne tanta ſolennitas celebra
ta in aſcenſione domini per
angeloꝝ et apoſtoloꝝ iubi/
lationem alteri q̄ꝫ xp̄o aſcri/
beretur. Patres igitur ⁊ pa
triarche de hac reſurrectiōe
diuinitꝰ inſpirati cum ſolici
tudine magna cupierūt cir/
ca illud ſpaciuʒ ſepeliri vbi
Chriſtus debebat crucifigi
A loco autem illo in quo ſe/
pulti ſunt patriarche: vſqꝫ
ad locum vbi Chriſtus cru
cifixus fuit ſunt fere trigin/
ta miliaria gallicana. Cen/
turio autem qui ex aduerſo
ſtabat et qui cum eo erant.
viſo terremotu. et his que
fiebant timuerunt valde di/
centes. Uere filius dei erat
iſte. videntes ꝙ ſic clamans

expiraſſet. Nam iſte clamor
miraculoſus erat. ſicut de
primo clamore dictum eſt.
Et omnis turba eorū qui
ſimul aſcenderant ad ſpecta
culum. iſta videntes que fie
bant percutientes pectora
ſua reuertebant. Chryſoſto
mus. Ecce ꝗ̃ cito poſt mor-
tem Chriſti ſua paſſio ſorti-
ta eſt effectum. et oratio quā
fecit dicens. Pater dimitte
illis. quia neſciunt quid fa-
ciunt. Nam qui prius eius
mortez impetraſſe memine-
runt. poſt mortē eius timen
tes amplius deum glorifi-
cauerunt. Legitur enim ꝙ
tres iudei de crucifixione
chriſti redeuntes. mutuo lo
quebantur de rei geſte mo-
do. Primus dixit ꝙ iniuſtꝰ
proceſſus erat. ſic condem-
nare hominem iuſtum. adij
ciens ſe multum cōpaſſum
fuiſſe. quādo vidit eum ala-
pis cedi. ⁊ nō reſpondit ver-
bum. nec extendit ſe ad mur
mur. Secundus iudeꝰ di-
xit ſe maxime doluiſſe quan
do aceto potatus faciē ſuaz
non auertit. nec iram oſten
dit. Tertius dixit ſe maxīe
doluiſſe quando vidit eum
in cruce extenſum et mēbra
aptari foraminibus crucis
Vide ergo chriſtiane ſi iu-
dei nondū ad fidem ꝯuerſi
chriſto compatiebant. quā-
tum tu condolere debes.
Quantum deus odit pec-
catum pro quo tollendo to-
tum ſuum ſanguinem fudit
Quantuz diligit genus hu-
manum. Quod vt ſaluaret
tam grauia pertulit. Et q̄n-
tum deſiderat penitentiam
hominum. Ad quā docen-
dum deus pater filium vni
genitum quaſi quendam li-
brum ſcriptum coram ocu-
lis totius populi ſuper pul-
pitum ſancte crucis poni ꝑ-
miſit hodie. Pſal. In libro
tuo omnes ſcribētur. Apo-
calipſis. xix. Qui non ſūt in-
uenti in libro h. miſſi ſūt in
ſtagnum ignis. ⁊c̄. Si placz
amplius legere in hoc libro
potes querere. ⁊ inuenies ī
hornis. xxij. O quantꝰ tunc
inerat dolor Marie. cum
ipſa vidit filiū ſuum cum
clamore valido expirare. nᶜ
mens cogitare. nec etiaz lin
gua explicare pōt. ſm Bern
hardum. ⁊c̄. Erāt mulieres
mlt̄e de lōge aſpiciētes. int̄

quas erat Maria magdale
ne ⁊ Maria iacobi minoris
⁊ Joſeph mater. ⁊ Salome
et mater filiorū zebedei. Et
cum eſſet in galilea ſequebā
tur eum ⁊ miniſtrabāt ei. Et
alie multe que ſimul cuꝫ eo
aſcenderant hieroſolymam
Stabant autem ⁊ noti eiꝰ
a lōge hec videntes. Judei
autem quoniam paraſceue
erat vt nō remanerēt in cru/
ce corpora ſabbato ꝓut ha/
bebant preceptum Deutro.
xxj. ne igitur eorum feſtū in/
honoraretur. in cuius veſpe
re eiuſdem diei incipiebant
ſolennitatem. Erat eñ ma/
gnus dies illa ſabbati. Ro/
gauerūt Pylatuꝫ vt frange/
rent eoꝝ crura et tollerētur
vt ſic citius morerent. Quo
niam ſolēnitas iſta azimoꝝ
tota erat gaudioſa. quia per
hos ſeptem dies viri et mu/
lieres ducebant choreas ꝑ
circuitum hieruſalem cum
cañ. Moyſi. ſcꝫ Cantemus
domino. glorioſe. ⁊c. In me
moriam ꝙ illo tempore eos
liberauit de ſeruitute egyp/
tiorum et Pharaonis. exer/
citu eius ſubmerſo in mari
rubro. Igit ne tanta ſolen/
nitas ex aſpectu cadaueꝝ fe
daret. qm̄ ꝓpe ciuitatē erant
petierūt eos deponi. Vene
rūt autez milites ⁊ p̄mi qui
dem fregerūt crura ⁊ alteriꝰ
ꝗ crucifixus erat cū eo. Ad
ihm̄ autez cum veniſſent vt
viderūt eum iam mortuum
non fregerunt eius crura.
Sed vnus militum qui ſm
Iſidorum dictus erat Lon
ginus. Hic ſm magiſtrū hi
ſto. videre nō potat an mor
tuus eſſet Jeſus. quia cali/
gatos habuit oculos. vnde
accepit lanceam ſuam et in/
fixit eā corpori ſuo. et ſic ſan
guis et aqua exiuit de vulne
re lateris et haſtam decur/
rēs peruenit ad manus mi/
litis ⁊ ex cōtactu viſum rece
pit. Qui cōuerſus ad fidem
xxxviij. annis monaſticā vi/
tam duxit. et poſt hoc creſcē
te chriſtianorum perſecutio
ne epiſcopꝰ et glorioſo mar
tirio coronatus eſt. et ſic ce/
lum aſcēdit. Hoc miles iſte
ſimplici intentione et ex cō/
paſſione fecit. vt citius mo/
reretur. et ideo deus eum in
terius et exterius cum erat
cecus illuminauit. Hoc vul
nus ſm Alexandrū nedrā.
nō fuit xp̄o infixū in ea par/
te in qua pingi ſolet ꝑ oſſa. ſ.

pectoralia. ſed inferius in mol
licie carnea. inter oſſa pecto
ralia et femoralia. Et ſic ſur
ſum aſcendit ad cor. Practi
cis. quia Chriſtus in altum
pependit et miles ſtans in ter
ra. etc. Preterea quia ſi circa
pectoralia fuiſſent fracta oſ-
ſa propter magnitudinē lan
cee que oſtenditur. Sed ſm
Johannem. Exiuit conti-
nuo ſanguis et aqua. et qui
vidit teſtimonium perhibu
it. et verum eſt teſtimonium
eius. Facta ſunt hec vt ſcri-
ptura impleretur. Os non
comminuetis ex eo. Exodi
xij. Et iterum alia ſcriptura
dicit. Videbunt in quē trāſ
fixerunt. Quare vero ſic de-
pingitur. dicendum quod pictu
ra eſt laicorum ſcrptura. ideo
vt expreſſius laicis pateat
quod lancea cor Chriſti pene-
trauerit. in ſignum quod ex cor
de dimiſſa eſt nobis culpa per
ſuam mortem. Hec duo mi
racula poſt mortem contige
runt. ſcilicet ſanguis emana
tio. et ceci militis illumina-
tio. Sanguis enim in ho-
mine mortuo coagulatur. ſed
non in Christo. vt oſtende-
ret ſe habere poteſtatem in
corpus etiā ſine anima. Itē
tres opiniones erāt de anīa
quod ſcilicet eſſet in ſanguine. in ce-
rebro. et in corde. Et in his
tribus locis effectualiter que
fierunt. licet Chriſtus hoc
vulnus non ſenſit. quia iam
mortuus. Hec omnia facta
ſūt hora nona. ideo eccleſia
pro gratiarum actione can-
tat nonas.

Hora veſpertina.

Poſt hec cum iam ſero fa-
ctum eſſet. id eſt.
hora veſpertina
ecce vir quidam nobilis no
mine Joſeph ab arimathia
ciuitate iudee. qui erat de-
curio et diues. vir bonus et
iuſtus. eo quod eſſet diſcipulus
domini. occultus autē pro-
pter metum iudeorum. Hic
non conſenſerat conſilio et
actibus eorum. quia et ipſe
expectabat regnum dei. Hic
audacter introiuit et acceſ-
ſit Pylatum et petijt corpus
Jeſu vt tolleret. Hec om̄ia
ponunt euangeliſte. ad exp-
mendum bonitatem et reue-

rentiã iſtius Joſeph. Celit⁹
enim prouiſum eſt vt eſſꝫ di
ues ꝙ haberet vt in ſepultu
raꝫ domini expenderet. No
bilis decurio. id eſt. ſuper
decem milites. vt ad p̃ſideꝫ
accedere poſſꝫ. Juſtus ⁊ bo
nus vt Chriſti corpus acci
pere mereretur. diſcipulus.
non vn⁹ de ſeptuagintaduo
bus. ſed quia in ṗmitiua ec/
cleſia omnes credentes dice
bantur diſcipuli. audacter.
quia iudeos non timuit. Et
ipſi eum hoc facere non cau
ſa diſcipulatus. ſed pietatis
autumabant. Petiẏt corpus
Jeſu. quia licitum non erat
ſepelire corpora dãnatoruꝫ
ſine licentia preſidis. Pyla/
tus auteꝫ mirabatur ſi iam
obiſſꝫ. Sed illa ammiratio
ſm Hieronymum proceſſit
ex leuitate et cordis vanita/
te. Nemo miretur cum Py/
lato ꝙ ih̄s tam ſubito mor/
tuus fuit adhuc viuentibuſ
latronibus. quia multa cru
delia per totam noctem ⁊ di
em pertulit. quando latrões
in quiete fuerunt. Et accerſi
to. id eſt. vocato Centurio/
ne. interrogauit ſi iam mor/
tuus eſſet. Et cum cognouiſ
ſet a Centurione. donauit
corpus Jeſu ioſeph. Venit
ergo et tulit corpus Jheſu.
Venit autem et Nicodem⁹
qui venit ad Jheſum nocte
ṗmũ ferens mixturam mir
re et aloes. quaſi libras cen/
tum. Acceperunt ergo cor/
pus Jeſu et ligauerũt in lin
theis mundis cum aromati
bus. Et inuoluit illud Jo/
ſeph in ſyndone mũda quã
mercatus eſt. ſicut mos eſt
iudeos ſepelire. Jſtud vngẽ
tum amaritudine ſua coer/
cet vermes a cadaueruꝫ cor
roſione. et a corruptione et
putredine. Ex quo patꝫ ſm
Chryſoſtomum. ꝙ iſti non
habuerunt adhuc de Chri/
ſto plenam et perfectam fi/
dem non intelligentes illud
Pſal. Non dabis ſctm̃ tuũ
videre corruptionem. Vnd̃
ſi corpus chriſti iacuiſſet in
ſepulchro vſqꝫ in diem no/
uiſſimum non fuiſſet incine
ratum nec putrefactuꝫ. quia
erat balſamatum diuinita/
te. Hec depoſitio ſm Bedã
et Origenem facta eſt pre/
ſente matre Maria que cor
pus filiẏ ſui de cruce depoſi
tum ſuis brachiẏs. vt pie cre

ditur dulciſſimis amplexa/
ta fuit. et ſacra vulnera cum
inexplicabili planctu mater
no affectu deoſculata. Ihe/
ſus autem ad conſolatiõem
matris ita glorificatus eſt ꝙ
nulla plaga vel liuor in ſuo
corpore apparuit. preter q̃n/
q̧ vulnera manuū ac peduz
atq̧ lateris. q̃ reſeruauit nõ
ex impotẽtia ſanandi. ſed vt
oſtenderet aplĩs et maxime
Thome. Iudeis et malis
chriſtianis in iudicio extre/
mo. ad interpellandū in cõ/
ſpectu patris. ad letificãduz
beatos ex intuitu ſue redem
ptiõis. Non eñi dedecorant
corp⁹ glorificatū ille cicatri/
ces. q2 clarius radiãt q̃z ſol i
firmamento celi. Et q̃a cor/
pus lineis inuolutum fuit.
ideo in eccl'ia mos inoleuit
vt in altari nõ ſericis aut au
ro textis. ſed in ſyndone mū
da ꝯſecratur. Item licz hec
aromatizatio Chriſti facta
fuit in honorem et reueren/
tiam et a deuotis et eum di
ligentibus. Tamen factum
in ſe valde miſerabile et la/
mentabile erat. ꝙ ſcilicz tan
te nobilitatis tractabat' tan
quam cadauer. Licet pro/
pter diuinum ſuppoſitum ca
dauer non fuit. et ꝙ corona
glorie ſic iacuit proſtrata.
In ſignum huius pro gra/
tiarum actione ſtatuit eccl'a
dicere veſperas.

¶ Hora completorij.

Erat autē
in loco vbi cruci
fixus erat Ieſus
ortus. Et i orto
monumentuz nouū. in quo
nonduz quiſq̧ poſitus fue/
rat. et erat exciſum in petra.
Iſtud monumentū erat Io
ſeph. In orto dominus fuit
captus. In orto nunc domi
nus Ieſus ſepelitur. ad in/
uenendum ꝙ per virtutẽ ſue
paſſionis liberamur ab hoc
peccato quod Adam cõmi/
ſerat in orto deliciaꝝ. Sed
diuina diſpenſatione in no
uo monumento. in quo nõ/
dum quiſquã poſitus erat.
ponitur. ne ſua reſurrectio
alteri qui ibi prius poſitus
fuiſſet aſcriberetur. Sicut
enim in Marie virginis vte
ro nemo ante illuz aut poſt
illum cõceptus eſt. Ita ſm

Auguſtinum.nemo antevel
poſt ibidez ſepultus eſt Ibi
ergo ꝓpter paraſceuẽ iudeo/
rum.qꝛ iuxta erat monumẽ
tum poſuerũt corpus Jeſu.
Nam ſexta feria iam declia/
bat ad occaſum.et ſabbatuz
incipiebat.eo ꝙ ſm̃ Piero/
nimum iudei incipiũt com/
putare dies craſtinos a ſero
precedenti.Unde quia tar/
de erat non poterant remo/
tius ſepelire corpus.timen/
tes preterire ſabbatum.Nõ
quidẽ deſpecte.ſed ſic̃ mos
erat honorabilium corpora
iudeorum ſepelire.qꝛ iuxta
ꝓphetiã Iſaie.xj.ꝛ erit ſepul
crum eius glorioſum.Unđ
ſanctus Thomas.iij.parte
q.v.ar.ꝑmo.Conueniẽs fu
it Chriſtum ſepeliri ad pro/
bandam veritatem mortis.
Non enim aliquis in ſepul/
cro ponitur niſi iam de veri
tate mortis conſtet.igiť py/
lat⁹ anteq̃ȝ concederet chri/
ſtum ſepeliri diligenti inqui
ſitione cognouit eũ iã mor/
tuum eſſe.Item datur ſpes
reſurgendi.his q̃ in ſepul/
cro ſũt ꝑ ipm̃.eo ꝙ de ſepul/
cro ipe r̃ſurrexit.ſm̃ illđ Jo/
hannis quinto Omnes qui
in monumentiſ ſunt audient
vocem eius.ꝛ qui audierint
viuẽt.Hec ſepultura figura
ta eſt in Jona.ſicut ille trib⁹
dieb⁹ fuit in ventre ceti.ꝛc̃.
Et Joſeph aduoluit lapidẽ
magnũ ad hoſtiũ monumẽ
ti ꝛ abijt.Subſecute ſũt au
tem mulieres q̃ cũ ipo vene/
rant de galilea vidẽtes mo/
numentũ ꝛ aſpicientes quẽ/
admodũ ꝛ vbi poſitum erat
corpus Jeſu.ſedentes ꝯtra
ſepulcrũ.Inter quas Ma/
ria magdalena ꝛ altera Ma
ria affectu diligenter atten/
debãt qualiter trãſacto ſab/
bato vngento preparato re
uertẽtes intrare poſſent ad
perungendum iterato cor/
pus Jeſu.Ex quo manifeſte
patet ꝙ in fide dubitabant.
quia ipm̃ reſurrecturũ non
crediderũt.Ideo beata vir/
go Maria in qua vera ꝛ cer
ta fides fuit.ad vngendum
cum ipis nõ venit.Propter
quod dies ſabbati per anni
circulum ad ſui reuerentiaz
ab eccleſia ſpecialiter dedica
tur.Altera autem die qui ẽ
poſt paraſceuen ꝯuenerunt
ꝑncipes ſacerdotum et pha
riſei ad Pylatum dicentes.

Dn̄e recordati ſum⁹. Et notabile eſt ꝙ iudei Pylatum dn̄m ſuū agnoſcentes vti in ſeruitutem alienigenarū redacti etiam adulando vt facilius impetrarent. dixerūt. domie. Seductor ille. Mirum ꝙ eorum inuidia adhuc non ceſſauit. Seductorem tamen ſm Hieronymum. recto eum noīe vocabant. ſed non talem qualem intendebant. Eſt enim ſeductio mala a veritate in errorem. hanc Chriſto imponebant. ſed falſe mentiebantur. Alia a falſitate in veritatem. a vicijs ad virtutes. Sic chriſtus ſeductor erat fidelium. Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſqꝫ in dieͣ tertium. ne forte veniāt diſcipuli eius et furentur eum ⁊ dicāt plebi. ſurrexit a mortuis. Et erit nouiſſim⁹ error peior priore. Ait illis Pylatus. Habete cuſtodiam ſicͭ ſcitis. Illi autem abeuntes munierunt ſepulchrum lapidem cum cuſtodibus Quia nō ſufficiebat ipis cuſtodia militum gentilium. ſed etiā cum hoc ſignauerūt lapidez qui erat ī hoſtio monumenti. cum ſigillis ſuis ⁊ anulis In huius ſepulture memoriam eccleſia ſtatuit dicere completorium. Cum vero Chriſtus animam in cruce tradidit mox venit ad infernum. id eſt. ad limbū patrū. ad eorum conſolationem et demonum confuſionem. et tertia die r̄ſurrexit de ſepulchro. Et ideo iudei militibus ſummam pecunie dederunt. vt dicerent ipſum furatum per diſcipulos. Sꝫ cum accepiſſent pecuniam. quod factum fuerat dixerūt Milites enim illi tacere nō poterant. Nam ipſi fatebantur ſe vidiſſe choros angelorum. et a iudeis accepiſſe pecuniam. Et Vincentius in ſpeculo narrat. ꝙ Joſeph ab arimathia eadem veſpera qua ſepeliuit dominū iudei eum incarcerauerunt ſed dominus liberauit eum Ex his dictis patet. Cauſa. Modus. Ordo. et tota ſeries dominice paſſionis ſm intentionem euangeliſtaruꝫ ſm ordinem et ſm litteram quem ex toto inſerui. ac ſm ſeriem rei geſte. De ſcriptis

concedat nobis Jeſus. vt ꝑ
lamenta ſue paſſiōis perue/
niamus ad gloriam et gau/
dium beate reſurrectionis.
Amen.

Explicit paſſio Jeſu
Chriſti ſm̄ quatuor
euangeliſtas.

Egregij magniqꝫ doctri/
ne ſacroꝝ eloquioꝝ interpre
tis putilis paſſio ſiue ſermo
popularis ꝑ libitu volentiū
meritorie in dieb9 paraſce/
ues vacare p̄dicatōi elegan
ter exarat9. feliciter incipit.

OBla/
tus eſt. q̄a
ip̄e voluit.
Uerba p/
poſita. yſa.
liij. origīa
liter ſūt ſcp̄ta. Sācta mater
eccl'a hodie r̄colit ꝛ pagit ſa
cratiſſimā ꝛ ſaluberrimā di
em q̄ dn̄s redēptor et ſalua/
tor nr̄ ihs xp̄us fili9 dei viui
ver9. ſumme potēs. ſapiēs ꝛ
bon9 ꝓꝑt obedientiā dei pa/
tris ꝛ liberatōꝫ hūani gene
ris ſe ſpōte obtulit ad paſſi/
onē ꝛ mortē. ꝓpter quod dic̄
ap'lus ad Eph̄. v. Tradidit
ſemetip̄m oblatōeꝫ ꝛ hoſtiā.
ſcꝫ in cruce deo ī odorē ſua/
uitatꝭ. Fuit em̄ illa oblatio
vt dicūt doctores acceptiſſi
ma deo p̄ri. q2 ꝓceſſit ex ma/
xima caritate. Et vt dic̄ ſan
ctus Thomas in tertia par
te ſūme obediētia oib9 ſacri

ficijs anteferk .ꝭm illō.j.· Re.
xv.melioꝛ eſt obediētia ꝙ̄ vi
ctime.ꝛ iō ꝯueniētiſſimū fu/
it vt ſacrificiū ſctiſſime paſ/
ſionis et p̄cioſiſſime moꝛtis
xp̄i ex obediētia ꝓcederet.et
qꝛ ex amoꝛe exceſſiuo ꝛ obe/
diētia paterna.atqꝫ ꝓ ſalute
nr̄a volūtarie paſſus ē ꝛ moꝛ
tuꝰ.iō dꝛ i ꝟbis p̄miſſis Ob
latꝰ eſt qꝛ ip̄e voluit. Multꝫ
igiꝭ cauſa bꝛeuitatis et tedij
remotiōis obmiſſis .diuina
gr̄a opitulāte intēdo dn̄icaꝫ
paſſionem ex q̄tuoꝛ euāgeli
ſtaꝝ hiſtoꝛijs recitare.alioſ/
qꝫ doctoꝛes ꝭm ꝙ mihi ꝓpo/
ſui inſerere. Et ſic pn̄teꝫ ſer/
monē decreui i q̄ttuoꝛ ꝑtes
diuidere ꝭm ꝙ q̄ttuoꝛ ſunt
euāgeliſte. ¶ Prima ꝑs erit
de captiuitate xp̄i .qūo xp̄s
dn̄s fuit captꝰ. ¶ Scd̄a de
eiꝰ ductōe qūo d̄ vno iudice
ad aliū fuit ductꝰ ¶ Tertia
de eiꝰ flagellatiōe ꝛ coꝛonati
one .qūo flagellatꝰ. illuſus.
ꝛ ad moꝛtē iudicatꝰ fuit atqꝫ
ꝯdēnatꝰ ¶ Quarta d̄ eiꝰ cru
cifixiōe ꝛ moꝛte.qūo crucifi/
xus.moꝛtuꝰ.ac d̄ cruce depo
ſitꝰ ē ꝛ ſepultꝰ ¶ Hec q̄ttuoꝛ
cū dei adiutoꝛio i pn̄ti ꝭmōe
poſt inuicē deliberaui ob de

uotōꝫ hꝰ ſacre diei enarrare.
Et ꝓ impetranda gr̄a dicat
q̄libet vnum Pater nr̄.cum
deuotiōe.ob reuerentiā paſ
ſionis dominice.

# Oblatꝰ eſt

qꝛ ip̄e vo. Scribi
tur vbi ſup̄. Añqꝫ
in ꝑticl'ari deſcēdā ad hiſto/
riā paſſiōis dilectiſſimi dn̄i
nr̄i ih̄u xp̄i. Sciēdū bꝛeuit
ꝛ notādū.ꝙ due ſunt nat̄e i
xp̄o. Una ē diuia.ꝭm quam
nihil paſſus ē.nec pati potu
it.cū ſit inuariabil'. Alia ē na
tura hūana quā in ſe ex tēꝑe
ꝓpt̄ nos aſſūpſit ab extriſeco
ꝭm quā maximā paſſionē et
amariſſimā moꝛtē ſuſtinuit
ꝙ̄ vnqꝫ aliq̄s hoīm paſſus ē
aut pati pōt in pn̄ti vita. Nō
pꝫ ex h̄ ꝙ xp̄s ſuꝑ oēs moꝛ/
tales fuit excellēter bene cō
plexionatꝰ.nā fuit caſtiſſime
ꝛ puriſſime ꝟgīs filius.ꝛ eiꝰ
ſctiſſimū coꝛpꝰ fuit foꝛmatū
admirabili virtute diuina ꝛ
oꝑatiōe ſp̄ūſſcti d̄ puriſſima
Maria.i.d̄ puriſſimis ima/
culatꝫ ꝛ mūdiſſimis guttul'
ſacrati ſanguinis.intemera/
te et p̄celſe glorioſe virginis.

Marie. vt Damaſcenus in
ſuo. iij. dicit. ⁊ ſilr mgr̄ ſniaꝝ
in. iij. diſt. iij. Et ideo quāto
xp̄s dn̄s a natura nobilioꝛ
purioꝛ ſincerioꝛ delicatioꝛ. ⁊
in om̄ibꝫ ſenſibꝫ diſpoſitioꝛ
fuit cunctis ceteris homibꝫ.
tantū q̄dlibet toꝛmentuȝ in
ſua pꝛecioſa carne cauſabat
valde maioꝛem doloꝛem q̄̄
in alio hūano coꝛpe q̄licūqꝫ
Cū ḡ toꝛmēta xp̄o illata fu/
erūt nō pauca aut parua. ſȝ
multa et magna nimis con/
ſtat ꝙ in eo intēſiſſimū cau/
ſabant doloꝛē. Jdo ipſe dic̄
per ꝓphaȝ Trenoꝝ. j. O vos
omnes qui tranſitis p viam
attendite et videte. ſi eſt do/
loꝛ ſimilis ſicut doloꝛ meus
Jn quibus quidem verbis
Chꝛiſtus hoꝛtatur omnes
fideles ad diligenter inſpici
endum oculis coꝛdis et de/
uote meditandū magnitu/
dinem et grauitatē ſue paſ/
ſionis. tam quo ad triſticiā
interioꝛem q̄̄ quo ad dolo/
rem exterioꝛem et ipſius ex/
ceſſum ſuper omnes hu⁹ tē
poꝛis paſſiones. Sed quia
eandem paſſionē ſponte ſu/
ſtulit ex obedientia paterna
et pꝛo ſalute et redemptōne
noſtra. ideo dicit per ꝓphaȝ.
Oblat⁹ eſt. quia ipſe voluit.
Que fuerunt verba in pn̄ci
pio poſita.

¶ De captiuitate xp̄i Jeſu.

Quantum igitur ad pꝛimum
vt pꝛemiſi ꝙ velim
p̄mo dicere de Chꝛiſti cap/
tiuitate. ideo incipiā paſſio/
nem eius ſm̄ Johannē. cui
alie euangeliſte ꝯſentiūt di.
pꝛout etiā incipit btūs Au/
guſtin⁹. Dn̄s in die iouis ce
na facta. ⁊ pedū lotione cele/
bꝛata. ſacramētoqꝫ ſuſcepto
atqꝫ ſermōe deuotiſſimo ple
no amoꝛe diuino. queȝ poſt
cenam ad diſcip̄los fecit cō
pleto. perpetrataqꝫ oꝛatiōe
ad pr̄em p diſcipulis. Cum
iam eſſet nox. egreſſus do/
mum cū diſcipulis ſuis du/
xit eos extra ciuitateȝ hieru
ſalem. ⁊ venit cum ipſis in vil
lam que dicitur gethſemani
